














Scheepenhuyzen.




SCORZONER
HIS VITAM
SCORZONERA
CURIOSA
HIS MORTEM.

ANCHORA SACRA,
VEL
SCORZO-NERA,

Ad normam & formam Academiæ
NATURÆ-CURIOSORUM
elaborata
à
JOHANN. MICHAEL.
FEHR, D.
Anno salutiferi partûs M DC LXVI.
accessit
Schediasma Curiosum de Unicornu fossili
JOH. LAURENTII BAUSCH, D.


Seneca.

Rerum Natura Sacra sua non simul tradit, nec arcana ejusdem promiscuè, nec omnibus patent, reducta sunt, & in interiori sacrario clausa, ex quibus aliud hæc ætas, aliud postera accipit, & depromit.
L. 7. Quæst. Nat. §. 31.



Impensis VITI JACOBI TRESCHER.
Bibliopolæ Vratislaviensis.

JENÆ, TYPIS JOH. JACOBI BAUHOFERI.



* * *

VIRO

ET GENERE

Nobilissimo, & Virtutum omnium, cumprimis raræ Eruditionis, multiq; rerum usus præstantiâ Celeberrimo

DN. JOH. GEORGIO VOLCKAMERO,

Physico Patriæ suæ Emerito

S.

MAlueram, Nobilissime Vir, ut incomtus hic fœtus noster in primo statim sui exortu cum Augusti Ajace in spongiam incubuisset; sed toties Amicorum literis exci-

tatus, meorum partium esse judicavi, inter tot concertantium discrimina meum quoque doliolum volvere ac adstrepere,

- Argutos anser velut inter olores,

& quam à se non haberet, vel aliunde fœnerari lucem.

Patere igitur, Nobilissime Vir, præfigi nomen tuum pagellis hisce: tuum enim est, & à te profectum, quod profeci & perfeci in pluribus;


- - Non omnia possumus omnes:

Ἀλλήλοισι χέρες τε καὶ ἔνατα καὶ πόδες ἐσμέν.

Iccirco pluribus commissa est remigibus Argûs nostræ maritima profectio: Maritimam jurè dico, quia non nisi secundis ventis absolvitur, id quod faventibus astris & te mihi propitio præter omnem spem & meritum auspicatò contigit, appellere scilicet ad portum optatum, id est, inti-

mio-

miores tuæ benevolentiæ & humani-
tatis, quâ per totum terrarum orbem
jamdudum claruisti, ut ita dicam, re-
cessus: Qui nescit, quà deveniat ad
mare, fluvium comitem sequitur: Ho-
spes ego & viarum ignarus Mœnum
Ducem secutus felici sidere Norim-
bergam appuli, tuique affatûs & sua-
vissimarum literarum Sesamô delibu-
tus liberaliter, hanc Tibi, Nobilissi-
me Vir, redhostimenti locô votivam
quasi tuoque nomini consecratam
tabulam in tholo Mnemosynes sus-
pendere volui, T. O. M. submissè
venerans, ut te tuosque ex omnibus
calamitatum fluctibus feliciter emer-
gere, & post completum humanita-
tis cursum ad optatum sempiternæ
beatitudinis portum ex voto appelle-
re dignetur.



Vale, Nobilisſime Vir, cum omni eaque Eminentisſima familia tua, mihique fave.

Nob. & Exc. T.

addictisſimus

JOH. MICHAEL FEHR D.
Acad. N. Cur. p. t. Adjunctus
d. Argonauta.



B. L. S.

MIrabere mecum haud dubiè, B. L. quam ob causam Scorzoneræ, plantarum nobilissimæ & utilissimæ, forma pariter ac virtus tamdiu latuerit Mortales; cæteroquin omnium rerum curiosissimos, tantiq; remedii sub tot ac tam atrocium morborũ onere, & calamitatibus immensum quantum indigentes, miranturque jam omnes Docti, quòd à *Dioscoride* (*Theophrastus* enim superior & Aristotelis discipulus fuit) Antonii & Cleopatre Medico, nemo ferè inventus sit, qui pari fervore ac studio Studium prosecutus sit Botanicum: quæ enim *Galenus* & *Plinius*, cæteriq; tàm Græci, quàm Arabes & Latini de hac materia tradiderunt, ea plerumque vel ex ipso *Dioscoride*, vel ex aliis transscripserunt, parum vel nihil de suo addentes, adeò ut non injuriâ Scholis nostris objecisse videatur Helmontius; bis mille ferè annos nihil luminis in rem herbariam al-

latum esse. Non defuére quidem insequenti ævo, qui *Theophrasto Eresio*, ut *Theodorus Gaza* & *Scaliger*; Qui *Dioscoridi Anazarbeo*, ut *Hermolaus Barbarus*, *Marcellus Virgilius* & *Johannes Ruellius*, tum herbarum nominumq; genuina demonstratione, tum virium exploratione suppetias irent; sed tantum abest, ut multiscio *Dioscordi* additum quidpiam (Arabum quorundam sedulitatem excipio) ut detractum potius plurimum fuisse videatur: Postquam autem valles iterum cum Evangelio florere visæ, visa quoq; sunt bonarum literarum artiumq; omnium studia, altis hactenus tenebris quasi consopita reviviscere, & cum Priscorum solertiâ in certamen committi: Hinc in priori seculo confertim quasi ex equo Trojano intervallis haud ita longis effusi sunt, *Matthiolus*, *Dalechampius*, *Cæsalpinus*, *Dodonæus*, *Lobelius*, *Gesnerus*, *Clusius* & ex nostris *Brunfelsius*, *Tragus*, *Fuchsius*, *Camerarius*, *Bauhinus* & mille alii: Sed ut pace tantorum Virorum dicam, plerique Herbarii in tradendis nominum plantarumq; diversarum formis & earum differentiis occupantur potius,

quàm ut cujusque simplicis vires & usum in conservanda & reparanda sanitate (quò tamen nobilissimæ nostræ artis præcepta , tanquam ad cynosuram quandam , unicè collimant, ægrique omnes velut ad Anchoram quandam sacram confugiunt) altiusculè indagarent ; Naturalis scientiæ limites vix tantillum prætergressi. At ubi ad enarrationem Virium λόγῳ καὶ πείρᾳ demonstrandarum itur, magis muti sunt quàm pisces, aut ranæ Seriphiæ, & ne parum medicè egisse videantur, propinant nobis ex Veterum scriptis cramben bis coctam, generalissimè quædam de admiranda plantæ vi multo hiatu promittentes; de verò usu, utendique modo, ne gry quidem mutientes. Alia nostro *Trago* ejusque genuino discipulo *Tabernæmontano* mens erat, alius longè animus, qui Dioscoridem antesignanum strenuè secuti, utilissimum industriæ suæ argumentum Mortalibus reliquére, quorum vestigiis tenaciter insistentes celebrrimi quidam Viri, verum Botanices usum tum in universali materiæ Medicæ historia, tum in quorundam simplicium par-


 ticu-

ticulari recensione, cum dextra ac decenti eorundem præparatione ac administratione candidè & sincerè tradiderunt. Dextrè in hunc finem Dexterrimus & celeberrimus *Zuvelferus* in Appendice ad Pharmacop. Aug. pag. 38. Si à tot seculis elapsis, à quo Medicina instituta est, vel Medici innumeri unum saltem SubjectumMedicum aut simplex intimè magis & penitiùs exploràssent, prout Veneranda egit Antiquitas, pridem jam Ars Medica perfectionis culmen attigisset, longè faciliùs quàm compilatione tot tamque diversarum rerum & compositorum indistincta farragine: *Et in margine*: Præstaret, *inquit*, ad imitationem plebis, apud quam non raro optima oberrant medicamenta, uno eoque certo simplici uni obviam ire morbo, quàm Receptas trium ulnarum fabricare; (Natura paucis contenta) adeoque (*pergit ille*) quod unum uni morbo curando à summo Conditore creatum est simplex medicamen sufficiens, id ipsum inutili diversarum rerum commixtione in actione & operationibus suis nimiopere impeditur. Ecquid hoc in opere

Col-

Collegium noſtrum hactenus præſti-
terit, aut porrò præſtiturum ſit, penes
æquum Cenſorem eſto; Noſter ſcopus
eſt, ὠφελέειν ἢ μὴ βλάπτειν. *Anchora ſacra*
nautis tempeſtate jactatis & in extremo
conſtitutis præſenti eſt auxilio, utpote
omnium maxima: ſic & *Scorzonera* vir-
tus non niſi deſperatisſimis morbis ſuc-
currit: Idcirco etiam talis Titulus no-
bis, ex nobili ſcil. plantæ usu natus eſt:
ejus enim inſignes & planè divinas virtu-
tes in propulſandis morbis Sacris, id eſt,
magnis & malignis, ſtupendis & horren-
dis per omnes opellæ hujus paginas di-
ſertè prædicamus, digitum ſimul in ty-
ronum gratiam in hujus illiusque indo-
lem & curandi modum penitius inten-
dentes. Quòd ſi non-nemini genio no-
ſtro alicubi litâſſe, aut dilectisſimæ patriæ
quidpiam dediſſe videamur, illud huma-
nitati, hoc pietati tribuendum, quâ pro-
fesſione vel contra malevolorũ morſus
tuti, aut laudis aliquid merebimur, quod
non venamur; aut certê excuſationis,
quod omninò expetimus: Vale B. L. &
fave.

In





In Scorzoneram seu Viperariam
Clariss. & Excellent.
DN. D. JOH. MICHAEL. FEHR.

SCorzonera levat morsus, quos *Vipera* dente
Inflixit rabido, dira venena fugat:
Pestiferæque luis virus de corde repellit,
Defæcat crassi sangvinis illa lutum.
Nobile Suinfurtense solum Herbis Ingeniisque
Vipereæ plantæ germine luxuriat:
Suinfurtum simul & *Mystam Sacrũ* exhibet, hujus
Plantæ qui doceat commoda quanta fient.
Perge tuæ Patriæ plantas monstrare salubres
Mundo, Castalidum, FEHR, Decus & Patriæ:
Sic tibi Posteritas Famam, sic Patria grata
Præconi tanto digna brabéa dabit.

Ita applaudit
Vratislaviæ Siles.

Philippus Jacobus Sachs à Löwenheim Phil. & Med. D. Academiæ Curiosorum Phosphorus.

Quid-


Quidquid Arabs Medicus, quid Græcus, itemq; Latinus
Pluribus, id paucis *FEHRIUS* omne docet:
Nempe tuo malè si capiti, cordive malignæ
Infestæ febres, & malè totus agis:
Hujus scripta dabit tibi Scorzonera salutem,
Vitæ prolongans amplificansque dies:
O felix nimis æger, opem cui tanta celebris
Fert Medicina, Deo Gloria, Laus *Febrio.*

*Paucula hæc debiti honoris E.
officioso affectu & applausu
properanter scribebat*

Johan. Andreas Graba D.
Urbis territoriique Erffurtensis Med. Ordinarius & Acad. Natur. Curiosor. Cephalus.



INDEX



D. O. M. A.

DIVINI quidpiam (θεῖόν τι*) morbis quandoque inesse, esseque, ut definiunt, virtutem quandam occultam, arcanam, admirabilem, nullo sensu perceptibilem, nulla ratione pervestigabilem & soli DEO cognitam, dudum agnoverunt Medd. Coryphæi *Hippocrates* & *Galenus*, ille quidem in *libri prognosticorum* frontispicio; hic verò *comm.* 1. *in Hipp. Prognost.* §. 4. & ad oculum demonstrârunt Neoterici plurimi, ipsâ Experientia rerum magistrâ sæpius docti & convicti, quorum primipili sunt *Fernelius* & *Sennertus*, Viri incomparabiles, & ad eruenda Medicinæ abdita feliciter nati ac destinati à Magnatibus. At non in *morbis* tantùm eorumque *caussis* ἔνεστι θεῖόν τι; sed & in *venenis* eorumq; *remediis* peculiaribus alexipharmacis dictis, (*Gal. 6. epid. comm. 6. t. 5.*) quæ occulta qualitate agunt, quorumque vi alexiteria gravissimi quique morbi radicitùs extirpantur; quod præter alios solidissimè evin-

*Θεῖον DIVINUM *dicitur, quod est à Deo (in Sacris,* die Hand Gottes. *Hiob. c. 19. v. 21. l. 1. Reg. c. 5. & 6. v. 9.) vel à cœlo, quodque ut Deus, magnum est, aut excellens, aut admirabile, aut incomprehensibile. Gorræi disp. Medd. v. Jordanũ de Divino in morbis tract.*

evincit *Sebitzius* Argentoratensium Podalirius *disp. de θείῳ*. Illorum autem numerus, licèt sit innumerus, ab horum tamen ineffabili copiâ facilè superatur, quod Bonitatis Divinæ evidens τεκμήειον.

Recens est, sed cum magno mortalium emolumento inventa radix quædam, peregrino idiomate SCORZONERA dicta, cujus unius ope perniciosissimum morborum malignorum venenorumque agmen masculè infringitur: cujus ideò virtutes tam admirandas & suspiciendas præ aliis insigni commentario deprædicârunt *Nicolaus Monardus* Hispanus, & *Nicol. Clavenna* Italus, quorum vestigiis insistentes altiùs quædam ex iisdem ruminabimus, adjectis simul iis, quæ vel fida aliorum observantia, vel propria experientia hactenus nobis suppeditavit, illudque omne sub auspicio *Divini Numinis*, & Gratiosissimi Collegii *Naturæ-Curiosorum*. Unum corpus sumus, inquit *Scaliger*, unusque Spiritus hujus Corporis, qui à DEO (summo Bono) profectus pro communi excubet utilitate. *l. 1. de plantis.*

I. PRO.

I. PRODROMUS.

DE *Italia* quidem *Columella l. 3. c. 8.* Curæ Mortalium, *inquit*, obsequentissima est *Italia*, quæ penè totius Orbis fruges adhibito studio colonorum ferre didicerit: Hinc balsamum, Xylon, Musa, saccharum, pineæ, siliquæ, poma aurantia, citria Punicaque frequentia, &c. sed (quòd præfiscinè dictum sit) *Germaniæ* nostræ palmam hanc vix præripere hodiè poterit Italia invida, quæ nobilissimam hanc provinciam olim sub ignominioso vastæ barbariei, solitudinum & sylvarum nomine præter meritum traduxit; talem *C. Jul. Cæsar*, qui primus, licet non sine clade eandē inspexerat; talem *Tacitus* historiographus ex auditione depingunt. Comptior ei moderna facies, genius longè alius; Solitudines enim famosas retrò (*Tertulliani* verbis utor) fundi jam amœnissimi obliterârunt, sylvas arva domuerunt, feras pecora fugârunt; arenæ seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur; Tantæ urbes, quantæ non casu quondam; nec *balsama* hîc desunt è terebintho, nec *saccharum* è melle & liquiritia, nec tenuissimæ *sindones* è lino aliisque villosis plantis, pomorum quoque aliorumque fructuum ci-

Germaniæ modernæ felicitas.

triis Punicisque præstantiorum & gratiorum maxima suppetit copia exterisq; invidenda, adeò ut *Natura parens in Italiā prodiga, in Germaniam jam omnis videatur effusa.* Ingredere sodes aliquot Magnatum & Civitatum topiaria, cryptas & vireta, ac dispice mecum millecuplas Adonidis delicias, Alcinoi Hesperidumque pomaria, & Paradisum ipsum. Sed forsan major excellentia est in iis plantis, quas

Virgil. Georg.

— *Tellus nullis hominum cogentibus ipsâ*
Sponte suâ fundit, — —

Columella de re rust. l. 1. c. 21. Tellus annua vice velut æterno quodam puerperio læta, mortalib9 distenta musto demittit ubera.

& quasi parturiens statis temporum circuitibus, ut quidam hanc in rem eleganter loquitur, ex abditissimis penetralibus velut visceribus suis enititur, & obstetricante Naturâ, vel potius ejusdem authore & Conditore DEO T. O. M. in apricum quotannis effundit: quod ipsum regius Psaltes ad vivum expressit ac deprædicavit Psalm. 104. v. 16.

Tu Pater aerios montes camposque jacentes
Nectare cœlesti saturas, fœcundaque rerum
Semina vitales in luminis elicis auras.

Verùm

Buchanan.

— *Non omnis fert omnia tellus:*
Hic segetes; illic veniunt felicius uvæ.

Svinfurtensis Agri

Est in confinio urbis *Svinfurtensis* (quæ ad Trajectum Mœni ab antiquorum hospitum

tum Svevorum crebriori accessu nomen sortita, situs opportunitate solique ubertate cum quavis alia facilimè certare ausit) planicies quædam æquabilis, à pago Grettstatt ad Schwäbheim arcem 600. circiter passus in longitudinem porrecta, latitudo 100. passibus vix diductior, umbilico nonnihil amplioris inter Sylvularum assidentium hiatum, tepidiores Austri flatus molliores q; auras largiùs admittit, ab septentrione spectabili quadam acclivitate leniter attollitur, eâque horridum Boreæ frigus commodè excludit, mediam rivulus interluit, ager circum glareosus est, nigricans & pinguis, frugibus ferendis maximè idoneus; rivulo utrinque prata assident, uliginosa quidem, sed ob pabuli luxuriem pascendis pecoribus aptissima, etiam in seram hyemem usque: Hîc *ver purpureum*, hîc sedem fixisse videtur *Flora*, hîc Apollo medius inter Musas, Charitesque quasi tripudiare videtur, cui ideò campum hunc nuncupandum censeo, eo modo, quo Witebergenses vicinum sibi montem, & Altorphini quoddam pratum ab herbariis ibidem obviis deliciis eidem consecrârünt. Hoc enim in loco tanta occurrit plantarum varietas, florum pulchritudo, odorum suavitas, foliorumque

constitutio & amœnitas.

 venu-

venuftas ac gratia, ut cœlo ftellas erutas, campisque hisce Elyfiis infertas; terramq; flofculis denfisfimè ftipatis tanquam fideribus quibusdam per æftatem radiare credas, optesq; cum Catullo nafus, cum Argo oculus fieri totus. Deinceps igitur erit, & dicetur nobis *Apollinis receſſus* vel rectiùs *forum quoddam pharmacarium*, der Apoteker-markt oder Apotekerfeld / aut illuftris quidam *Dei hortus*: quô elogiô Monspelienfes vicinum quendam montem fuum ob rariorum florum plantarumq; frequentiam extollere folent. Statim enim atque

Virg. Georg. 1.

Vere novo gelidus canis in montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris fe gleba refolvit,

Planta circa Svinfurtum. Leucoium album.

Inter ipfas quandoque nives *Leucoium album punctatum* feu *bulbofum* locis humectis & dumofis erumpit, nobis ideô Schneetröpflein / Lipfienfibus Sommerthierigen / Renelmo ἠεραγγελία, feu veris prænuncia, & Gallis violette di Teurer dicta; cui inter ftrigofa adhuc fqualidaque fylvarum

Chamælea.

virgulta σύγχερσος tùm eft *Chamælea* feu *Mezereon* purpureo florum thyrfo recentiq; fuaveolentiâ nares oculosque fingulariter demulcens; fed, ô Corydones,

Virg. Ecl.

— *Fugite hinc, latet anguis in herba.*

Radicis enim cortex crud■s, quem, quò vilioris veftra vobis conftet reparetúrque fani-

ſanitas, pro exturbanda ſuffarcinati abdominis ſaburrâ improvidè quandoque aſſumitis, venenum eſt & fauces inflammat ad necem usque, quod & in *Hiera noſtra Picra* notavimus.

Succedunt eleganti ordine vernalibus deſtillationibus exoptat, *Tusſilago*. Græcis *Tusſilago.* ideo βήχιον, itidem ab uſu, nobis Mertzenblumen/ à tempore, & Barbaris *Farfara* dicta, tùm ἄφυλλος, laborioſisſimo *Tabernæmontano* prætermiſſa; *Fumariæ bulboſæ* varie- *Fumaria bulboſa.* gatis florum (carneor. albor. luteor.) cincinnis in dumetis ludentes, *Chelidonium* u- *Chelidonium.* trumque, præſertim minus, tenero foliorum proventu ſcorbuticis ſub acetarii habitu efflictim expetitum, ſpirituque generoſo cochleariæ inſtar prægnans; *violæ Mar- Viola Martiæ.* *tiæ* odoratæ, ac inodoræ amicabili purpureæ tinctura ebriæ; *Bulbus vomitorius* luteo, *Bulbus vomitorius.* *hyacinthus cæruleo* ſtellæ ambitu in vervactis radiantes; *Hyacinthus* item *botryoides* junci- *Hyacinthi.* folius; *Pulſatilla* etiam alba, variolis & mor- *Pulſatilla.* billis; *Hedera* terreſtris calculo propulſan- *Hedra terreſtris.* do idonea, *Ranunculorum* familia univerſa, in quibus excellit, qui moschum quo- *Ranunculus Moschatella.* dammodo redolet, ideoque *Moschatella* Cordo dictus, & *Flos Trollius* Geſneri, qui dum maximè florere videtur, duplicatô foliorum incubatu in ovalem quandam

rotunditatem & molæ formam ſub ardentisſimis etiam Solis radiis eleganter contrahitur. *Ranunculus* item *hirſutus* humilior, pulſatillæ æmulus,& qui aconiti eſt folio, utriusque flores lacteo candore cum nive Gallica decertant. Patentiores campos puniceo quodam periſtromate faſtuosè exornat *Verbaſculum*, floſculus & coloris amœnitate odorisq; crocini blanditiâ ſenſus mirè afficiens, inter *primulas veris* meritò prima & quaſi Regina, reliquas ſui generis, quæ maximo quoque numero ibidem luxuriantur,, tàm odoratas puta & flore aureo (90. calyces eosque maximam partem florentes in uno diſco notavi) quàm inodoras & obſoletè luteo ſpectabiles multis paraſangis antecellens. Eodem tempore locoque, editiori tamen, viget floretque *Helleborus niger fœniculaceus* aureo buphthalmi flore, Hippocrati quoq; non indictus, cujus radices Stiriacum ab ingeniosisſimo Cluſio quaſi poſtliminiò retectum tantoperè æmulantur, ut pasſim jam magno quidem cum errore divendantur, & à rhizotomis variis longisſimè hinc aſportentur. Quis *Jacobææ, Seneciones, chondrillas* (inter quas & viminalis juncea ſæpiùs occurit) quis *galia, gnaphalia,* quis *hieracia* & *intybacea* ibi numeret innumera? Cæruleô globosô ſcabioſæ capitulô ſuperbit

Ranunculus hirſutus.

Verbaſculum.

Helleborus niger Stiriaco æmulus.

Jacobæa. Senecio. Chondrilla. Gnaphalium.

bit *Rapunculus*, luteo papiliaceo flore *trifolium siliquosum*, Monspeliensibus olim solis, nunc nostris quoque colonis non ignotum: Rarior in sylvis humectis *Dentaria* heptaphyllos baccifera, *herba Paris* & *Caryophyllata alpina* lutea; *allium* verò *ursinum* & *alliaria* * frequentissima; *Calceolus Mariæ*, admirando Naturæ lusu; *lilia convallium* nobiliori usu Majo simul mense & ex eodem solo prorumpunt. Nec saltuosa illa loca horret *Aquilegia*, sed quæ flore est simplici puniceo: humidioribus *Iris* innascitur gramineifolia, cœrulea, variegata, & lutea palustris *pseudoacorus*, ut & *gladiolus* unico florum sanguineorum versu sub torrente æstu spectabilis. Edules in dumis turiones largitur *asparagus*; salutares sub graveolenti foliorum fraxineorum florumq; spadiceorum umbra radices porrigit. *Dictamnus albus* virtutis ejusdem cum Cretico, si non præstantioris; *Ros* quoque *Solis*, *Lunaria* botryitis & *ophioglossum* plantulæ quidem exiles sunt, sed à plurimis, iisque doctissimis viris ob excellentiam multum dilaudatæ. Inter *orchides* & *satyria* varia, *monorchis* odorata, pusilla flore obsoletè luteo: inter *Teucria* indictũ quoddam, cujus folia inferiora botryos laciniatæ, su-

Rapunculus.
Trifolium siliquosum.
Dentaria.
Herba Paris.
Alliariæ.
Calceus Mariæ.
Aquilegia.
Iris.
Pseudacorus.
Gladiolus.
Asparagus.
Dictamnus albus.
Ros Solis.
Lunaria.
Ophioglossum.
Monorchis.
Teucrium.

* *Allium, cepe, porrum, olim Ægyptiorum, hodiè tuguriorum suo modo Numina.*

periora rorismarini foliis æmula, flores intensè cœrulei, rariùs punicei sunt, ipsa planta acris & mordax, non amara. Inter *alsines* baccifera, & quæ *spergula saginæ* dicitur, itemque quæ hederæ, & quæ veronicæ est foliis, ut & *triphyllos* cœrulea, nostris Händelkraut/ cum *myagro, lolio, hyoscyamo, cyano, melampyro, pseudomelanthio, pectine. Veneris, caucali, lagopo, calcatrippa, anagallide* tùm flammea, tùm cœrulea, *buphthalmo, bupleuro, perforata, perfoliata* & *brassica perfoliata*; *Flos Adonis, lithospermum, anthirrinon, papaver erraticum, melilotus, achillea, galega* Germanica, *reseda* Plinii cum *erysimo, chrysanthemo* & *chamæbalano* inter segetes passim occurrunt; In ipsis verò *aquis* nascuntur *equisetum, trifolium, quinquefolium, plantago, filipendula, acetosa* & *fœniculum, aquatica* omnia. *Eupatorium* item cannabinum mas & fœmina, item quod folio est tripartito diviso, *verbenaca* recta Cordi, *becabunga, nummularia, Sion, nasturtium, sagittalis, juncus floridus, nymphea* & *caltha* &c. Quorum refrigerio nonnihil alacriores revertimur in *patentiores campos*, ubi statim sese offert inter scabiosas tenuifolia *globularia* dicta, inter *siderides* tertia hirsuta & graveolens, usu & abusu famosissima, Beruff- oder Beschrey-Kraut; Inter *saxifragias* rubra

Spergula saginæ. *Triphyllos.* *Planta in aquis.* *In patentioribus campis.* *Scabiosa globularia.* *Sideritis hirsuta.*

bra umbellifera, *filipendula* dicta, alba vulgaris & alba Pannonica *Clusii*, quæ ibidem copiosissima, inter *pastinacas sylvestres*, *saponarias*, *luteolas* & *papaver spumeum* atque *carvi*; Illius primo germina in annonæ difficultate nostris inter olera vesca sunt, & Kern dicuntur; hujus verò radicibus à diuturnâ fame quasi ἀπὸ μηχανῆς refectus Dictatoris Cæsaris miles in campis Pharsalicis Pompejanas animosè invasit, contrivitque; *Gentiana cruciata*, *pneumonanthe* sive viola calathiana: *Gentiana* item palustris flore punctato, & *Gentianella* unicaulis flore unicô dilutè cœruleô foliis centauri minoris, *lagopus major* comâ purpureâ digitum longa villosâque vulpis caudam, innumeris autem foliorum nervulis avium pennas, ac *gramen sparteum* Austriac. longissimâ jubâ manucodiatæ plumas repræsentantia; *gramen* item *leucanthemum*, *cyperoides*, *alopecuroides*, *holostium*, *ischæmon*, *Parnassi* & *phalangium ramosum*, quando

Filipendula.

Cruciata.

Pneumonanthe.

Gentiana.

Gentianella.

Lagopus.

Gramen sparteum.

Gramina varia.

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis,

Densissimam in pratis & eorum marginibus aciem instruunt, *crista* galli, *horminum*, *myrrhis*, *cicuta*, *cicutaria*, *lysimachia* lutea, purpurea, galericulata, chamœnerion, *jacea*, *serratula*, *thalictrum*, *scrophularia*, *ulmaria*, *cervaria*, *cervicaria*, *tertianaria*. Rario-

ra

Rariores ad Mœni ripas plantæ.

ra ſunt in teſquis arenoſis &ad viciniMœni ripas propiora *botrys* ambroſioides, *artemiſia* tenuifolia purpuraſcens, *verbena* & Eruca flore tùm luteo tùm cœruleo; *Draba* ſiliquis ſtrictisſimis ſapore cochleariam & tota facie conſolidam Saracenicam referens; *Abſinthium* la.   ium vulgare ab ipſo ortu ſenili quadam canitie venerandum, cum ſocia *artemiſia* itidem latifolia, herbarum matre, matrumque & omnium pasſionum muliebrium exoptata obſtetrice, quæ ideô Gr. μητρῶα & *Dianaria* dicitur: *Rod.in Scrib.pag.177.* Diana enim Gr. ἄρτεμις eſt; *Stœchas* citrina, *clinopodium*, *chamæciſſus*, *gramen* marinum, *orobanche*, *echium ſcorpioides* & *onoſma* Matthioli, cujus radices ſub canicula ſanguineô nonnunquam ſuccô prægnantes anchuſis tàm ſimiles ſunt, quàm ovum ovo; *Cynogloſſa* major officinarum, & minor; *Elatines* lappula ruſticorum dicta, *Lycopodium* uliginoſo gaudens & muſcoſo loco, è cujus nucamentis Julio vel Auguſto menſibus pollen colligitur pro ſtruendo igni Perſico & exiccando partium eroſarum ſero maximè idoneum: *Lychnis* plurium generum, plumaria viſcaria &c. *pulmonaria* maculoſa, *bugloſſa*, *ſuccisa*, *ononis* flore albo, *eryngium*, *carlina*, *ſerpillum* flore albo & citratum,

tum, *cichoreum* flore albo, *betonica* flore incarnato, *geranium* multivarium. Sed ab æstu nimis fatigati iterum

— *gelidis nemorum succedimus umbris.*

Legimusq; *martagon* cidari pupureâ punctatá speciosè coronatum, *unifolium, bifolium, eupatorium* Avicennæ, *aconitum* lycoctonon flore luteo utriculari ranunculi & alterum napelli facie floribusque; *sigillum* Salomonis, *filices*, *pyrolas*, *porrum* sylvestre narcissifolium, *balsaminen* luteam *noli me tangere* dictam; *Circeam* Parisiensium, *Parietariam* Lipsiensium, *costam* Witebergensium cum *chamæpity* Austriaca, *gentiana* palustri punctata, & *arnica* seu Damasonio notho, ob præsentissimam in dissolvendo sanguine grumoso efficaciam septentrionalibus nautis notissimo: Radiat quoque ibi *aster* flore luteo cœruleoque, *aster* item luteus verus seu tertium *Conyzæ* genus, *Pityusa* vel *esula* major cum reliquis speciebus, *linaria* vulgaris, & quæ flore quidem est aureô comosô, sed illius virtus præ hac & esula minori præcellentior est in sedandis hæmorrhoidum doloribus; *linaria* sylvestris cœrulea, itemque anonymos Clusii, *chamædrys* laciniata, *veronica* spicata, *Ebulus*, *Oreoselinum*, *Olsenichium*, magni in peste usûs, *flammula* recta s. *clematitis*, *oxytriphyllon*

&

& reliquorum *trifoliorum rumicumq;* exercitus omnis; *Mercurialis* sylvestris mas & fœmina, *Anchusa* lignosior angustifolia, *Virga* aurea, *solidago* Saracenica. Sed recurrimus ad officinalia, *pentaphylla* varia, inter quæ rarum est, sed obvium ibi fragiferum & quod flore est albô, hinc usque ab Hippocratis ævo decantatum, luteoq; rectum utrumque, & *asarum*, & *arum*, & *peucedanum*, & *vincetoxicum*, & *pimpinella*, & *tormentilla*, & *prunella* flore rubeo alboque & carneo multiplici, *caryophyllata* seu benedicta febrifuga, *bistorta*, *althea* dentientium specificum, *alcea*, *malva* cum *helenio*, *symphito*, *origano*, *scordio*, *verbasco*, *centaurio* minore, *bursa* pastoris & *plantagine*: Quid *chamædryn* veram purpuream albidamque, quid *chamæpityn* trifidam luteam, excellentissima podagricorum solatia referam? Nec suus hîc Lusciniæ *frutex*, unde sub ineunte vere suaviter cantillet, nec avibus *arbores* desunt, quibus innidulentur; nec Tityro sua *fagus*,

Plantæ circa Suinfurtum officinales.

— — *sub cujus tegmine lassus*
Sylvestrem tenui Musam meditatur avenâ.

Frangula plebejorum rhabarbarum, & *Fraxinus* cantharidum sæpè nutricula, *juniperus*, *cerasus* & *sambucus* racemosô florum odoratorum thyrsô, baccisque hæc coccineis,

Fraxinus *in sylvis pulcherrima* pinus *in hortis*: Populus *in fluviis* -

cineis, illa nigris botrum eleganter exprimentibus conspicua; *viburnum*, *alnus*, *populus* alba & nigra, è cujus oculis seu gemmis ungentum populneum conficitur, & *populus tremula*, Aspen/ *carpinus*, *spina* infectoria, à qua Syrupus confit, Maximiliano Cæsari olim domesticus, pluribusque eô nomine adhuc dum familiaris & expetitus; *Ligustrum*, *evonymus*, *cornus* fœmina, & *cornus* sylvestris mas, cujus fructus vesci Dürrlitzen vocantur, *virga* sanguinea, *sorbus* aucupalis & torminalis, nostris Elzbeer/ quæ cum acaciis & fructibus *cynosbati* pruinâ mollitis, sub rigente bruma lignatorum deliciæ sunt, *oxyacantha* Hagedorn/ *chamærubus* fragariæ facie, *chamægenista* aculeata pariter & sine spinis, quarum floribus intensè luteis non tàm venatores ad tingenda retia fallendasque aves, quàm caupones ad fingenda juscula crocea vulgariter utuntur: *Salix*, *myrtillus* seu *vitis Idæa* tùm baccis nigris, tùm rubris, *vaccinia* nigra & rubra dicta, *tilia* mas & fœmina, Buch- und Steinlinden/ quarum hæc illâ posteriùs floret, & à nonnullis ad usum medicum singulariter eligitur, *Corylus* & *quercus* cum parasito *visco*, qui annosarum arborum vitium esse videtur & soboles quasi posthuma, velut fungi lari-

cis

cis & vermiculi caseorum ; *Betula* imperatoriis & Scholasticis fascibus terribilis, *acer*, *cynosbatus* cum lithontriptico suo *onisco*, *uva* crispa ; *rubus* vulgaris & quæ Idæa dicitur, *erica* varia etiam argenteo florum ordine agricolarum de futura satione prognostico. At quis fando omnia percensebit, nisi qui

Vere prius flores, *æstu numeravit* aristas,
Poma *per Autumnum, frigoribusq;* nives ?

Verum enimvero istarum, quas dixi & non dixi, plantarum & elegantia & nobilitas cedere videtur uni, quæ ibidem & sub vario quidem florum schemate se prodit; SCORZONERÆ ; tantâ industriâ quæsitæ, tantô studiô excultæ ; tantô pretiô olim divenditæ & tantùm non auro contrà caræ æstimatæ, ab Indis primùm & Mauritanis, ab Hispanis postea, & quibus non ? Ea jam singulari fatô votôque *Germaniæ* nostræ tot malis fœtæ & effœtæ, tot bellorum fluctibus & procellis expositæ confertim quoque nascitur, ut scilicet esset, quo se in morbis gravissimis & desperatissimis sublevarent juxta cum Proceribus viliores operæ, & quibus

Scorzonera circa Suin. furtum invenitur.

Res angusta domi est, & curta brevisq; supellex.

Ea mihi primùm hîc conspecta an nô post salutiferam Christi θεανθρώπου nativitatem 1649.

Quando inventa?

1640. sexto Cal. Junii, & quidem ea, quæ flore est unicô, & humilior *Pannonica* Clusio dicta, at anni proximè subsecuti mense Juniô cum fratre Germano *Samuele Febr* Chirurgo Ditmarso in campum Apollineum progressus insignem ibi Scorzoneræ numerum offendi, non facie tantùm externâ, foliis floribusque; sed & radicibus (quæ tùm *virgines* adhuc à nullius rhizotomi, quod sciam, manibus ferrôq; contaminatæ fuerant) plurimùm variantem, quædam enim stupendæ & brachialis magnitudinis erant, & annô 51. duarum librarum pondere eruta radix comoso capite & ventricoso corpore spectabilis, in 4. digitos crassos ceu quosdam pedes in se reflexos, ad instar amicorum Conjugum in mutuum amplexum ruentium, arctissimè combinatos divaricata, adeò ut pro mandragoræ mangonio venditari facilè potuisset. En

Miros Naturæ lusus & Thessala tempe!

Scorzoneræ Mauritanicæ inventio.

Sed ut Scorzoneræ nostræ *natales* altiùs eruamus; primùm omnium è Monardo historiam illius Mauritani, quo potissimùm authore ista Patrum ævo Europæ innotuit, breviter repetemus, qui cùm in Catalonia Hispaniæ provinciâ, Galliæ contermina (ubi adulterinæ Gothorum

Alanorumque reliquiæ perpetuis, ferè defectionibus utrumque Regem continenter fatigant) plures à virosissimo serpente demorsos Scorzonerâ solâ ex Africa usque sibi notâ ibique forte obvia ex præsentissimo vitæ periculo ac ipsis quasi Orci faucibus feliciter eripuisset, nec ullis precibus pretióve victus plantæ tàm nobilis formam locumque detegere vellet, * insidiis tandem quorundam petitus est, qui & locum & herbam erutam studiosè inquirentes ex inventis ibi reliquiis cum viva planta collatis in veram ejus notitiam devenerunt, statimque ad Mauri ædes profecti eandem esse comperiunt, quam ille tùm fortè è canistro captandi soliti lucri gratiâ mundandam proferebat, sed fallitur miser eoque turpius, quòd posthabitis tàm opimis pollicitationibus omni & pretio & favore penitus

* Plin. *l. 25. h. N. c. 2. Turpissima causa raritatis, quòd etiam, qui sciunt, demonstrare nolunt, tanquam ipsis periturum sit, quod tradiderint aliis,* Et Scrib. Larg. *in præfat. ad Callist.* Culpandi *sunt, qui invidiæ crimine flagrant, in Medicis enim nisi plenus misericordiæ & humanitatis animus adsit, secundum ipsius Professionis voluntatem, meritò Diis & hominibus invisi esse debent.*

nitus se destitutum videret, idque factum est,

— — *non sine Numine,* —

Cùm unô eôdemque tempore in priori seculo *nobilissima duo alexipharmaca* ex India occidentali alterum, alterum ex orientali, in notitiam pariter ac solatium humano generi sexcentis malis obnoxio singulari fatô data sint, radix hæc & *lapis bezaar,* ut testatur Monardus dictô locô.

CAPUT II.

NATURA SCORZONERÆ.

Scorzoneræ Natura. Nomen.

SCorzoneræ igitur nomen est à *Scorzone* serpente Catalauniæ virosissimo *Escorzu* ipsis dicto, sesquipalmari longitudine, parte infima tenui, deinde paulatim crassescente, ad caput usque instar lignei fusi, capite crasso & quadrato, magno & hiante ore, lingua nigra & mucronatâ, dentibus pusillis instar viperæ fœminæ, quibus mordet, sed & linguâ pungit, ut scorpius, colore est cineritio nigricante maculis distincto, tardius est incessu, jugiter inter herbas, segetes & vineta versatur, homines (plerunque dormientes) & animalia appetens morsu, pejor ejus morsus est quàm viperæ, sola herba Scorzoneræ illi

adversatur, cujus succo sic adspergatur, torpescit, & si in os ejus injicitur, interit. Hæc quidem ita Monardus; sed nobis altiori mentis indagine hanc rem trutinantes, non peculiare quoddam serpentis genus; sed *viperam* in specie dictam hic à Monardo delineari vero maximè consentaneum visum est: *Primò* enim allata descriptio cum vipera, præsertim quæ fæminini est generis, exactè convenit: illi enim caput crassius est, & latius, mari angustius; Illi 4. dentes canini, huic tantum bini sunt, sed omnes membranulâ quadam lethali veneno refertâ circumdati, hinc demorsis à mare vulnuscula bina, à fœmina 4, visuntur: Utrisque color cineritius nigricantibus maculis distinctus, &c. Sic eam *Ætius*, sic *Nicander*, & ex illis *Plinius* describunt: Notandum quoque, quod *Bellonius* 2. *observ. cap.* 52. monet, magnam viperarum varietatem & ratione coloris, & ratione magnitudinis pro locorum & regionum varietate esse posse, quod Monardum minus huic curæ attentum, ut & peregrini nominis ratio facilè in errorem inducere potuit; Eundem enim errorem Italos harum rerum curiosissimos longô tempore erràsse, ex historiis notum est, quod ingenuè fatetur de re li-

Scorzones serpentes sunt viperæ.

tera.

teraria, præsertim Medicina nostra, meritissimus Vir *Nicolaus Leonicenus* P. P. Ferrariensis, alter Hercules Alexicacus, ut *Angelo Baldo* nominatur, qui sub initium prioris seculi omnes sui temporis Physicos Medicos ad certamen provocavit, argumentis plusquam adamantinis evincens, viperas in montanis Euganeis passimque in Italia veras & genuinas reperiri, esseq; quos jactatores illi *Marsi* à se *marassos* & vulgus *Scorzones*, Arabes autem barbarè *tiros* nominarent, lib. de *Plin. error. p.* 24. & *cap. pecul.* de serpentibus & tiro; In vipera (inquit,) quam probavi esse marassum, vel, ùt alii vocant, scorzonem, nemo me potuit refellere. *pag.* 255. Et *paulò pòst* : Sufficiant hæc ad demonstrationem, tirum, viperam, marassum seu scorzonem eandem esse serpentis speciem, diversis nominibus nuncupatum; Eadem repetit *Fabius Paulinus* Medicus Venetus *tract. de vip. pecul. pag.* 10. Cùm in Italia (inquit) olim non reperiri viperas constanter asserent, & ideò magno cũ detrimento ille ex Ægypto afferrentur pro confect. theriac. *Nic. Leonic.* primus errorem patefecit & ostendit, magnam viperarum vim in Italia reperiri, esseque, quos vulgó marassos seu scorziones vocarent.

 Dein-

Deinde viperina symptomata eadem sunt, quæ suæ Monardus escorzu tribuit, venenum ejus, *inquit*, adeò noxium est, ut quæcunque corporis pars morsu apprehensa fuerit, ilicò intumescat, magnisque doloribus & venenatis symptomatibus afficiatur, inflammatio quoque ad cor subeat, &, nisi subitò succuratur; facilè demorsi extinguantur: Eadem & plura alia olim credidit Dioscorides, Nicander, Aetius & Neoterici plerique confirmant, ut Angelus, Paulinus, Gesnerus, &c.

Tertiò Monardum Monardo opponimus, qui scorzoneræ radicem scorzoni serpenti, quàm similimam esse dicit, d. l. sed eadem viperæ nostrati, quod cuilibet ex accurata utriusque collatione facilè patebit id quod ex eodem notanter repetit *Crollius lib. de signaturis*; Scorzoneræ radix (*ait*) ad serpentis cujusdam scorzone dicti formam effigiatà, contra ejusdem morsum unicum antidotum.

Denique ex effectu idem ex eodem demonstrari potest, dum chondrillam & scorzoneram diversi quidem generis plantas esse fatetur Monardus, sed in facultatibus, inquit, conveniunt, quòd viperæ morsibus opitulentur, unde & scorzoneræ suum nomen. Apertissimè autem omnium

mnium & clarissimè Clarissimus & Excellentissimus Vir *Joh. Stephanus Strobelbergerus* polyhistor & Medicus Cæsareus in thermis Carolinis hanc rem confirmat in Gall. polit. & medic. descriptione p, 251. Ad Barcellonam (*inquit*) Catalaunorum urbem copiosissimè provenire vidimus *Scorzoneram de scurso* sic dictam, quod *viperam* Catalonica lingva denotat, *viperæ fugam* Latinè dixeris: succus enim ejus præstantissimum ad morsus viperarum est remedium: hinc quidam Pharmacopæi (ex consensu Medicorum) ibi bonam partem confectioni Theriaces admiscent. *Idem ibid. p.* 261. Non ita pridem viperarum genus, quod in Italia frequens, & ad nobilissimam Theriaces confectionem adhibetur, in Gallo-Provincia repertum, incolæ tales viperas *escourchons* vocant, cui radix scorzoneræ ejus malitiæ opposita quodammodo similis.

Est autem *signatura* ista (ut & hoc obiter addam è Crollio jam d. l.) non atramento, sed ipso DEI digito in omnibus Creaturis exarata, & Medicum χαείσιλα maximoperè extollit; Nec enim (pergit *Sennertus* l. 6. Prax. p. 253.) dedit passim alexipharmaca Creator; sed pleraq; etiam commonstravit, & oculis quasi subjecit figurâ, *Phytognomice.*

 for-

formâ, maculis, colore, &c. quod & in scorzonera nostra manifestum: unde & *Viperaria* peculiariter quoque cognominatur.

Quemadmodum enim *Theriaca* (quod benè monuit Excellentissimus noster *Cephalus*) ἀπὸ τῶν θηρίων, i. e. à feris & venenosis animalibus in genere potiùs nomen sortita est, quàm à certâ quâdam serpentum specie (quamvis vipera præ cæteris feris & serpentibus κατ' ἐξοχὴν illud nomen obtinuerit) atque ob id Theriaca non tàm sic nominatur, quod viperarum carnem recipiat, quàm quod venenis ferarum, præcipuè viperarum, morsu illatis medeatur: Pari modo *scorzonera* contra omnia quidem venena; sed præcipuè viperarum ceu præstantissimum quoddam alexipharmacum suo prope merito habetur. Hinc Castor Durantes:

Viperea ad morsus *serpentum* proficit omnes.

Confirmat hoc ipsum *Gesnerus*, in alleg. *tractat. de Serpent. pag.* 72. Herba de corso (scurso, scorzo) nuper apud Hispanos inventa ad morsus venenatos, inprimis serpentis, quem Corso vocant, è vestigio efficax: Hinc ei quoque *Serpentariæ*, nomen inditum est, Nostris, Schlangenmordt/

Schlan-

Schlangenkraut dicitur, & ad Chondrillas ac Cantabricas à nonnullis refertur, sed malè, ut censet judiciosissimus *Camerarius in suo horto*: Ab aliis pluribus, inter quos primus fuit *Matthiolus*, ad Tragopoga ;runde & à quibusdam Tragopogon peregrinus seu Hispanicus dicitur, ac à *Lotelio* aliisque sexcentis Tragopogo proximè abest, à quo tamen *radicis vivacitate potissimùm differre* videtur, *huic* enim annua est radix, quæ latô semel semine penitus emarcescit, & *hæc* albicat extùs, *Scorzoneræ* autem *radix* pulla est, & diutissimè perennat; *illa* fibrosa est plurimùm ac subamara; *hæc* ferè sine fibris ac dulcissima plerunque; in *Tragopogo* à basi latiuscula in acutissimum mucronem desinunt folia, in *Scorzonera* modò lato primùm sinu scapum amplexantur, æqualiq; latitudine longiùs postea excurrunt, ut in latifolia humili; modò à strictiori ortu paulatim ampliantur, & iterum in acutum mucronem desinunt, ut in majori latifolia; *Calyx scorzoneræ* multis squamulis affabrè contextus est, & breviter, *tragopogo* simplex & prolixior, suisque alabastrulis, quibus flos apertus tenuior (velut in rosis, floribus tunicisque) fulcimenti instar sustinetur, singulariter instructus; Est

Convenit cum Tragopogo scorzonica.

Quomodo à Tragopogo differat.

igitur, quod Matthiolus habitô accuratô examine tandem ſubjungit, *proprii generis planta*, cujus nulla apud antiquos extat hiſtoria certa, quemadmodum & aliarum rerum multarum, de quibus *Pancirollus* in tract. de noviter repertis & Clariſs. *Salmuth in notis* ad eundem.

Scorzoneræ deſcriptio.

Creſcit autem *Scorzonera vulgatior* & uſitata cubitali longitudine foliis ſuccisæ æmulis (non cichorii ſerratis aut chondrillæ laciniatis, ut quidam putant, ſed integris) at longioribus & frequentioribus ſenſimque mucronatis, per intervalla diſpoſitis & per ambitum ſinuatis, medio ſecundum longitudinem excurrente nervo ex viridi albeſcente, caulem edit rotundum, firmum, ſtriatum, non geniculatum, in multos teretes & duriuſculos ſurculos diviſum, quorum ſummis faſtigiis inſident calyces longi, rotundi, ſquamati, calycibus caryophylleorum ferè ſimiles, ex quibus Majo menſe flores ex multis foliolis (quorum facies externa venulis rubentibus eleganter variat, internè ſtaminulis & capreolis croceis mirè & more quaſi ſerpentino interjectis) densè ſtipatis, qui indies latiùs è medio tubulo ſeu cucullo explicati diſcum efformant orbicularem eleganter radiantem, aurei duplicati magnitu-

nitudine & colore, odoris quidem imbecillis, sed haut injucundi & quodammodo resinosi, præsertim austrinâ tempestate ingruente, quod ipsi cum aliis pluribus commune, ut puta galio, caprifolio, leucoiis &c. quorum scilicet *habitus subtilissimi* rorulentæ noctis aut crassioris aëris refrigerio coadunati acriùs feriunt instrumentum odoratûs: Sub Junii finem disperit floris honos, & calyces seu capitula multis in orbem dispositis aristis pappum efficiunt, vel ùt Cannizerus apud Matthiol. loquitur, calyces ipsi tùm globoso horrent aristarum agmine, quæ acie dispositâ glumis continuò excubant, ut semina ipsa densiori congerie inter aristarum vallum enutrita statuto à Natura tempore demum prosiliant, marcescatque omnis plantæ vigor sub Autumno &c. Radix illi subest simplex, sesquipalmum, & quod excurrit, longa, carnosa, rara ac tenera sine fibris, tenui cortice eoque nigricante extùs vestita, alba intùs pulpâ lacteo succo tragopogi instar prægnans, dulcis, gustuque jucunda.

Vulgaris est planta, inquit *Cardan*, l. 6. de rer. var. c. 22. in *Cartagena* Occidentalis Indiæ provincia juxta *Darienem Isthmum*: Existimant eandem esse, quâ olim Ptolo-

Ptolomæus Rex liberatus sit; credendum verò est, non somnio Alexandri ostensam viro impio; sed illum solerti ab captivo exploratam (nam mille habebat) docuisse familiarem suum; cùm enim veneno infectas sagittas esse constaret, quis dubitare potest, cùm tot illi essent captivi, per tormenta testimoniorum comparationem noluisse & medicamenta, & auxilium, si quod esset, nóscere? Hæc quidem Cardanus, sed hæsitanter admodum & è *Diodori* Siculi Bibliothec. l. 17. quod ipsum *Curtius* quoque lib. 9. de gestis Alexand. M. aliique meminerunt, & si quid conjecturâ assequi possum, eam ipsam quoque reor esse plantam, quâ solâ perniciosissimum illud immanissimorum Anthropophagorum (quos Canibalos vocant) toxicum telis illitum Hispani tandem profligare didicerunt, de quo invento magnopere sibi gratulatur ex ejusmodi periculo vix emersus homo quidam militaris & Pyrgopolinices *Bombomachides*, apud Monardum histor. simpl. c. 71. Eamque Germanorum omnium (quod sciam) primus Matthiolo examinandam proposuit *Johannes Hessus Medicus Noribergensis* celeberrimus, & in conquirendis comparandisque sibi plantis (ùt ingenuè Matthiolus fatetur)

tur) totâ Europâ versatissimus, anno post natum Mundi Salvatorem 1559. (Quem quidem Matthioli candorem, & in Germanos affectum sub nescio qua Inscitiæ notâ acriter perstringit, & fastu quodam Hispanico palmam sibi in plantæ hujus *inventione* & *cognitione* impudenter arrogat Vir in evulgandis Medicinæ rarioribus cæteroquin præstantissimus Monardus Hippalensis Medicus, vel hoc ipso Nationis suæ vitium tegere nescius.) At post eum, & sub genuino quidem *Scorzoneræ* nomine iconem ejusdem cum plantâ exsiccata & accuratissimâ descriptione ex Hispaniis transmisit Petrus Cannizerus Dn. Johanni Odorico Melchiorio Tridentino, Mariæ Maximiliani II. Imperatoris Conjugis Medico Cubiculario, quam & ipse Matthiolo rerum harum scientissimo statim obtulit, sed is tùm jam in Germaniæ finibus eam ab se quoque repertam meminerat, ut patet ex ipsa Epistola L. V. Epist. à Gesn. editarum, eamque tempore gloriosissimi Imperat. Ferdinandi I. in Usum medicum jam tum receptam fuisse, patet ex compositionis Morsulor. Cæsareanorum descriptione, quam infra ex Wittichio afferemus.

CAPUT

CAPUT III.

DIFFERENTIA.

Differentia.

EST igitur *Scorzonera* hæc Veteribus quidem hoc nomine indicta, & proprii generis planta, Tragopogis tamen congener, imò quædam ejus species, ut putat Thalius d. l. non obstante foliorum diversitate, quæ *pro genio loci* plurimum quoque variare solent, quod *in tr. de absinthio* à me quoque notatum, & vel in *scorzonera* hac nostra manifestum est, quæ in Hispania ob climatis temperiem conspectior & elatior, nobis exilior nascitur. Cæteroquin cum Hispanica eadem, quod Camerarius supra laudatus quoque confirmat in suo horto, & Matthiolus: & hîc locorum itidem occurrit quandoque, quæ dictam Hispanicam ad unguem exprimit; addo quòd sæpiusculè interiora ejus, præsertim senescentis, folia maculis luridis tanquam veneno consperſa animadverterim: sunt præterea illi folia alata maximè sinuosa & vieta quasi, fereq; palmum lata, lætiori præsertim solo illata, medium caulem amplectentia, qua paulatim angustantur, & in ramulos ac flores excrescunt eo modo, quo dictum in Hispanica, illâ radice, illo succo perfusa tota, nervulis exi-

Latifolia.

Scorzon. I. Species.

exiguis, qui ab innumeris foveolis ac impresſionibus ferè obliterantur, præter inſignem medium, undique firmata: *Scorzonera latifolia* Caſp. Bauhini Camer. *Germanica* Tabern. major ſinuata, & Hiſpanica prima Cluſii in hiſtor. rariorum.

Scorzonera latifolia Hiſpanica.

II. Species.

Huic affinis eſt *altera*, ſed ejus folia rectiora ſunt ac breviora, nec ſinuata, caulis ſtrigoſior, at firmior: Flores, ùt cætera omnia priori ſimiles, ſed frequentiores, *Scorzonera latifolia* altera non ſinuata *Bohemica Matthioli*. Lobel. *Pannonica prima* Cluſii in Pann. & hiſt.

III. Species.

Tertia, quæ ab Excellentisſimo *Veslingio in Notis ad Alpinum* operosè deſcripta, & ex Oriente primùm Italiæ illata fuit, ſuſtinetur radice, ùt reliquæ ſpecies, longâ, ſimplici, quæ pollicis crasſitudine vix diductior crebris rugis ſulcatum corticem atrore quodam obfuſcat, candida tamen intus eſt, cumque recens, lacteâ ubertim alimoniâ diffluit; Exurgit ab radice caulis ſingularis cubitum altus, gracili quidem habitudine, ſed firmâ, quem circumſtant rara, oblonga, gratum virorem cærulo cœleſti permiſcentia folia: florum inferiora latiora ſunt & ampliora, circum oras leviter ſinuoſa, tum quinis in longitudinem nervis diſtincta, ſuperiora magnitu-

dine

dine & æquatis sensim oris contractiora cernuntur; Cauli flos insidet pulcherrimus, suaviter odorus, scutati nummi ambitu dilatatus, saltem hyemem asperiorem expertus non fuerit: In eo duplex foliorum series in stellam radiosve digestorum, quæ candorem suum purpurâ miscent; *circa umbilicum saturatior purpuræ splendor* est, è quo per longitudinem foliorum ad extrema leviter serrata coloris ejusdem crebræ lineolæ ducuntur; Erigitur ex umbilico floris tutulus purpurâ suâ decorus à basi versùs acumen frequentibus plicis adstrictus, hunc circumsistunt ex intervallis duodena, vel etiam plura villorum statumina è cœruleo nigricantia, quorum extremum aureis capreolis utrinque retortis exornatur; flori *calyx* subjicitur oblongus, squamatimque compactus, quo semina pariter oblonga molli potiùs copiosaque lanâ, quàm pappo involuta reconduntur. *Hæc* ex ipso Autore, optimo ejus pictore eò libentius transscripsi, quòd reliquis plurimùm lucis afferre videantur, neque liber iste omnibus obviam sit. *Scorzonera Latifolia tertia* Orientalis flore purpureo odorato, Scorz. Syriaca, Halepina, Rhavvolfii *itin. lib.* 1. *cap.* 9.

Quar-

Quarta folia nudo primùm pediculò sensim ampliantur plantagine majora, novisque plurimis firmantur ab ortu ferè rubicundis, ideoque per ætatem deficiente humido nonnunquam planè ruffescentibus. Simplicem hæc caulem edit, eumq; ferè ἄφυλλον & lanugine quâdam albicante infernè obductum,(quã &in foliis quandoq; prodit, sed horto illata lævis est) uno plerumq;, rariùs binis ternisque floribus luteis, ineunte Majo atque adeò omnium prima ridere conspicitur: radix huic data est minus compacta,at porosior; minùs quoque succulenta,amarior tamen & cortice nigro crassiori plurimisque subtùs spiris quasi serpentinis horridior, cubitum, vel quod excurrit, longa, fibrisque tenuissimis singulariter dotata, adeo quandoque *luxurians*,ut spatiosa prata in vicinia occupare videatur: Et hæc inter latifolias *latissima* est,locis præsertim uliginosis nata, ubi serpentino more, deposito illo ex ætate exteriori cortice tanquam quibusdam exuviis pullâ aut ferrugineâ superficie spectabilis profundissimè se in terræ porositates demittit, eaque *omnium prima* mihi hîc, ut supra dictum, reperta cæteras quoque investigandi ansam dedit. *Scorzonera latifolia humilis nervo-*

IV. Species.

 sa

sa Casp. Bauh. latifolia secunda, Clusii Pann. *Scorzonera præcox.*

Angustifoliæ scorzoneræ I. Species. Inter *angustifolias prima* est humilis seu Pannonica 3. Clusii, simili ferè habitu cum prædicta latifolia quarta; sed *omnia* hîc *exiliora* & strictiora, flore quoq; & semine admodum deciduis, eodem cum priori tempore locoque floret, *Scorzonera angustifolia prima Casp. Bauh.* Pannon. angustifol. *Tabern.* Quam autem *Thalius* in Hercynia, aliisque sub tenuifoliæ primæ nomine venditant, ea à *Clusio* in hist. rar. ad hieracia refertur, fibrosâ albidâque radice est, & Julio demum mense cum hieraciis floret vigetque, scorzoneræ titulo haut digna.

II. *Secunda* accuratè admodum delineatur à *Clusio* Cæsareo ista Botanico in Pannon: & histor. quâ quidem Scorzonera nostra destituuntur. Reperitur tamen illa inter vineas Erffurtenses, & clivosis locis ibidem frequens, flore eleganter rubeo, orientalique proxima, si non eadem; & *solo climate differens*, quod idem in latifoliâ prima sæpius occurrit. *Scorzonera subcærulea* major seu Pannonica Clusii. *Pannonica tenuifolia altera* Thalii, quæ quidem cum priori rectissimè ad Scorzoneras refertur.

Præ-

Præter dictas autem & vulgatas hactenus Scorzoneras *duas alias species* singulariter ostentat campus noster Apollineus; quarum *prior* erit foliis rarioribus & alatis, unciam dimidiam vix latis, propiùs ad tragopoga accedentibus, ad quorum exortum singuli surculi ad summitatem usque fruticescunt, suis, ut cæteræ, floribus & semine suô tempore vestiti; caulis itidem striatus, firmus, at brevior, concavusque; calyx florum brevior, squamisq; ut reliquæ, contextus; sed harum mucrones hamularum modo, singulariter recurvantur; radix omnium una. *Scorzonera angustifolia Franconica prior* seu *tenuifolia tertia*. *Scorzoneræ novæ species*, *Franconica prior*.

Altera hâc longè exilior primo statim vere tenuibus croci prodit foliolis, sed carinatis, senis ut plurimum vel septenis stellæ in modum terræ propiùs incumbentibus (reliquæ species longiusculis foliis binis ternisve rectâ in auras mox assurgunt: neque enim ista de *plantarum infantiâ* curiositas omninò est de nihilo; quod in mantissæ quæst.6. demonstrabitur) extrinsecus nonnihil incanis, excurrente nervulô rubescente firmioribus & angustioribus, digitum circiter longis, in dodrantalem postea & cubitalem longitudinem nonnunquam excrescentibus, iisque tra- *Franconica altera*.

gopogi minoris instar alatis & carinatis, at frequentioribus, coloris ferè subcæsii vel atro-virentis, scapô firmô crassôque cubitum altô, strictô, flore plurimô, plurimis quoque surculis raris foliolis vestitis, insidente luteo illo, densiori tamen foliorum congerie, cum intertextis staminulis mirè conglomeratis paulatim dehiscente; in calyce itidem squamoso semen clauditur reliquarum modo oblongum, in pappum tandem fatiscens: Radix nigricans ac perquam amara, præsertim recens, adeò, ut hanc veterum γεροντοπώγωνα vel Nicandri γέραος πώγωνα ipsissimum esse censeam. *Notandum* tamen, recentes & lacteô succô turgentes omnes, præter primam, amariores videri, exsuccas dulciores vel potiùs insipidas. *Scorzonera angustifolia Franconica altera* seu *tenuifolia quarta.*

Aliud denique Scorzoneræ genus hactenus forsan non descriptum nuper mihi misit Nobilissimus & Medicus & Philosophus Dn. *Joh. Georgius Volcamerus* Illustrissimæ Reipubl. Noribergensis Physicus Emeritus, Fautor plurimum honorandus. Radix erat vasta, longitudinis cubitalis, & quæ brachium puerile facilè exæquaret, extùs pulla, infinitis striis consita & quasi caperata, absq; fibris, intus albi-

Volcameriana.

albicans, ſuccoq; lacteô amaricante reliquarum modo ebria, in plurima capitula villoſa pinaſtelli inſtar protuberans: planta eſt, ſubjungit Author, exiguæ ſtaturæ, quæ graminis inſtar tenuia ſua folia ubertim in ſuperficie terræ ſpargit, flores flavi non fuſti inſident folioſo vel ramoſo, ſed uni pediculo ſinguli inſident, in hoc ſolo à Scorzonera humili anguſtifolia Pannon. Cluſii III. ſaltem differens, &c. Nos terræ ſtatim mandavimus traditam radicem, quæ paulò poſt è ſingulis capitulis foliola aliquot tenera in exortu planè juncea, at paulatim ad unius umciæ ferè latitudinem ampliata, quæ anno 63. menſe Majo florem produxit obſoletè luteum ambitûsq; anguſtioris unicum (rariùs binos) uni pediculo junceo quaſi inſidentem, folia bupleuro ſimilia, ſed nullô nervô inſigni firmata, nec ullô ſcapô à terra longius producta, & hanc Bortzanenſi agro lectam, & eandem olim Vicentinis jugis rhizotomo ab ſe erutam hortoque Palatino illatam aſſerit: Jure igitur meritoque *Voclameriana* nobis dicetur radix hæc, & *ſcorzonera bupleurifolia* vel *tenuifolia quinta*; Cui ſimilem nec mons Lupi (pergit idem) Calcaris, Ventoſus, Setius, Hortus Dei aut complures alii, quos tunc

 trans-

transcurrere datum eſt, & Celſiores dedére.

CAPUT IV.

LOCUS.

Locus.

NOn igitur *Hiſpaniæ* ſolùm, aut *Galliæ, Italiæq;* editiora juga educant Scorzoneram, quod Hiſpanis olim perſuaſum erat; ſed pleræque ejus ſpecies (exceptâ, quæ flore eſt rubeo) in dicto Apollinis campo, adeoque in patentioribus quoque pratis confertim luxuriantur, & jam pasſim per *Germaniam* in ſylva *Thuringica* & *Hercynia*, teſtibus Thalio & Wittichio, in *Bohemiæ* & *Pannoniæ* montanis, ùt ex Cluſio & Matthiolo conſtat, & in *Alpibus Tirolenſibus* illæ occurrunt. Hortulanis verò pro uſu culinari in hortis crebrò ſeruntur: In *India Orientali* pariter & *Occidentali* easdem ſponte naſci ex ſuperioribus eluceſcit. Adeò dives eſt benignisſima rerum mater natura & fœcunda in proferendis proficuis ac generi humano ſalutaribus herbis! quam ideò ſub neſcio cujus invidæ Novercæ ſchemate præter meritum inceſto ore laceravit Plinius, cùm hominum potiùs hîc oſcitantia ſit accuſanda, & rerum neceſſariarum utilisſimarumque neglectus.

CAPUT

CAPUT V.

VIRES.

Vires.

ETsi autem Scorzoneræ omnis (in exorsâ enim tela debitè pertexenda libenter pergimus) una esse videtur *qualitas*; *calida* scilicet & *sicca*, eaque, ùt Monardus putat, gradu primô seu moderatô, adeoque omnibus ætatibus, temperamentis, temporibus moribusq; conveniens, & virtus in medendo eadem, eademque facultas alexiteria (eo non attento, quod Thalius loco citato illam, quæ radice est *amariori*, *in usu præferendam* esse censeat, cum plantæ virtus non tam ex manifestis, quàm occultis qualitatibus æstimanda veniat; *nec enim amara, quà talia, alexicaca* sunt, quod in tract. de absinthio demonstravimus, cùm dentur etiam dulcia, ùt Doronicum & Scorzonera nostra latifolia, vel etiam insipida, ùt bezoar, succinum, CC. in propulsandis venenis famigeratissima) *latifoliam* tamen *Hispanicam* seu *Germanicam* majorem plurimò hactenus usu plurimisque experimentis nobilitatam præprimis eligendam esse ducimus, eô scilicet *tempore*, cum floribus & foliis arridet, radices autem Augustô mense, quo post omnimodam florum folio- Tempus.

rumque jacturam succo prægnantissimæ reperiuntur & bene habitæ; licèt *vernô quoque tempore* colligi possint, antequam in folia floresque succus genuinus largiùs absumatur, imò juniores quolibet tempore erui possunt: sic enim *tragopogi vulgaris* radices ab hortulanis pro usu culinari sæpius unô annô leguntur, quas vocant, Haberwurtzel und Morgenstern/ quòd flores quasi stellæ quædam ☿is etiam resecti & conclavibus illati, aquis tamen nutriti Solem orientem hiulcis labellis salutare & excipere, ac eundem abeuntem nutante calyce & producto longiùs collo florisque conniventiâ velut ex amoris quodam desiderio longissimè sequi videantur, *Solsequium* jure dicere; quæ quidem omnia in scorzonera nostra non occurrunt; possunt tamen eædem eodem modo decoqui & mensis familiariter inter sisara apponi, cùm & sapidæ sint, & multâ eâdemque dulci pulpâ redundent.

Usus culinaris.

Sed præter istam, quam diximus, vim alexiteriam, qua omnibus omninò venenis; & in specie serpentis scorzonis seu viperæ, aliorumque animalium ἰοβόλων virulentis ictibus adversari perhibetur; *pesti* quoque resistit, ùt & *omnibus febribus contagiosis* ac *malignis*, Ungaricis, petechia-

libus, variolis, morbillis & rosaliis, adeò ut easdem penè *virtutes cum lapide bezaar* ipsi tribuere haut vereatur multiplici experientia edoctus D. Oberndorfferus d. l. pag. 141. Confer Wittich. consil. Germ. de lue Ung. pag. 21. Epar item & lienem aperit; hinc & ad ciendos menses ac ad promovendam □am utilis est, *cor roborat*, animumq; exhilarat, ideoque in melancholia, maniâ, palpitatione cordis, animique deliquio magnifacienda; *cerebrum peculiariter confortat*; quapropter in vertigine & puerorum epilepsia, in vigiliis & visûs hebetudine confert, præsertim conserva ad ℥s sumta. Uterinis quoque suffocationibus aliisq; inferiorum partium obstructionibus masculè succurrit; hinc creber ejus in ictero, in morbo virgineo, in colica, in cachexia, in affectu hypochondriaco, in scorbuto, &, si Angelo Salæ credendum, in lue ♀ea usus internus pariter & externus, quod deinceps patebit. *Externè* quoque prodest in fistulis, ulceribus, orisque putredine. Obernd. de lue Ungarica. De *Scorzoneræ Bortzanensis* singulari effectu scribit Volcamer, quòd per annos aliquot illam in usum medicum vocaverit, miratus ejusdem vim alexipharmacam: ejus enim aquam (addit) &

Extractum cæteris admiſceo alexipharmacis cum optato ſucceſſu, in febribus præcipuè malignis.

CAPUT VI.

USUS ET PRÆPARATIO.

UTimur autem *radice* majoris & reliquarum tàm crudâ, dicto nuper modo, & decoctâ cum carnibus inſtar ſtaphylini, **wie Paſtinacken oder Zucker⸗rüben** / ablatò tamen exteriori cortice nigro, quàm decenti tempore lectâ, exſiccatâ in umbra, varièque præparatâ, *ſuccô* ejusdem & *foliis*, nec non *aquâ* exinde deſtillatâ, *conſervâ* florum, *emulſione*, *ſemine*, & aliis. Nec *obſtat* quidquam vel radicis, vel totius plantæ *lactea ſucculentia*, quæ vulgô malè audit: Non eſt in lacte, inquit *Scaliger* ſubtilitatum magiſter exerc. 142. §. 2. ulla noxa, quod promanat v. gr. è lactucis; ſed quod à calidioribus, ùt tithymalo, quin tragopogon (licet id non prodiderit Dioſc.) lactea eſt radice, eâdemq; innocenti; quotidiano alioquin uſu in Thuſcorum acetariis, ubi *Saſſefica* nominatur, &c. aliàs tragopogon flore cæteris contractiori purpureo elegantisſimo, quod ipsũ Lugdunenſes quoq; confirmant

An Plantæ lactiferæ edules.

in

in herbar. c. de tragopogis : Radix ejus, inquiunt, guſtu dulcis & jucunda, frequenter hyeme eſtur in acetariis. Nobis in æſtate ſurculi ejusdem edules ſunt cum pingui juſculo aſparagorum inſtar decocti. Et quid aulis, quid cœnobiis noſtris hodiè vulgatius? quid hortulanis, quid pueris noſtris frequentius, quàm crebra ejusmodi radicum eſitatio & ſuctio pro lenienda ſiti, idq; ſine omni noxa? Quid *ſalutarius frumentis*, quibus continenter veſcimur, vivimus & valemus; ea tamen ipſa lacte turgent, dum progerminant, vel ut præclarè Virg. Georg. I.

Spicea jam campis cum meſſis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi ſtipulâ lactantia turgent.

Wañ das Getreid in der Milch ſtehet.

Non poſſum ergo non ſatis mirari Matthioli Senenſis, & ipſius quoque Thuſci contradictionem in Herbario cap. de tragopogis, quôd radicem hanc eſui inidoneam eſſe dicat, eô procul dubio ductus & ſeductus argumento, quod lactiferæ plantæ pleræque qualitate naturæ noſtræ inimicâ præditæ ſint, id quod tamen de omnibus dici nequit, quod vel in ſcorzonera noſtra manifeſtum, quæ tutò & ſecurè, & cum magno fructu, præſertim peſtis tempore, ſalutariter aſſumitur, ùt & in viſce-

viſcerum obſtructionibus eo modo, qu radices cichorii in juſculis coctæ, Pote quoque ſola ♃ macerari vel ſaccharo con diri & incruſtari, probè tamen prius ab ex terna ſpurcitie mundata, ita etiam inte gra & incorrupta diutius aſſervatur,

Radix condita.

Lactei ſucci collectio.

Lacteus recentis *ſuccus* ægrè colligitur quia admodum gummoſus eſt & glutino ſus, inſtar lactis eſulini & tragopogi, o culorum nubeculas delere perhibetur Matth. in Dioſc.

Decoctum.

Decoctum ex radicibus cum ▽ ſimp paratur, & â quibusdam abſtemiis pro de cipiendis bibulis obnixè expetitur, cùm æſtuantibus viſceribus amabile refrige rium afflet, & aureo colore vinum gene roſum mentiatur; qualia Vina deceptiv. etiam deſcribit *Phoſphorus noſter in muſte. Ampelograph. p. 540.*

Decoctum expulſivum in petechiis & variolis expertisſimum.

Decocta compoſita varia ſunt, & exhiben tur vel per ſe in febribus malignis, vel ci ſyrupis; quale eſt illud D. *Oberndorfferi* d lue Ungarica.

℞. Granor. tinct. vel chermes, ſem citr ãa ℨijs, rad. ſcorz. cichor. (fænic.) ã ℥s Sem. Card. bened. ℨjs. fol. meliſs. m. ß ficuum pinguium n. vj.

Lent. no n. excort. ſem. fœnicã. ℥is rad.

rad. bugloſs. Hiſpan. pentpahyll. ā. ℥ß. rad. pimpinell. ℥vj. Tragac. ʒiß. Coq. in vaſe duplici in aq. Card. bened. ℔. iij. ad ℔. ijß. coletur & ſervetur uſui.

Foliorum & *florum ſuccus* exprimitur pro uſu in Officinis recepto. Ex eo enim ▽ deſtillatur & *extractum ſimplex*, quod tamen rectius è radice paratur, ut & *fecu-la* ex eadem recenti contuſa, affuſo tamen liquore e. gr. ▽ Scorzoneræ, quâ lentor commodè dilui posſit, vel eadem cum ol. ♀ri, per deliquium facto præcipitatur, cui tamen pulverem rad. ſimpliciter paratum præfero. Poterius l. 5. ſ. 5. Pharm. ſpag. ſuccũ expreſſum probe depurat, & ad mellis conſiſtentiam cum tantillô ſacchari percoquit; poſſet l. a. exinde *ſyrupus* ſ. facilè confici, quo in febri maligna ſæpiùs utitur D. Oberndorffer in tract. dicto. *Syrupum* è ſcordio, & ſcorzonera, compoſitum in febribus malignis ex peſte præſtantisſimum deſcribit *Zvvelff. in Diſp. Regio. p.* 15. Eodem ferè modo conſit *Syrupus* bezoardicus citatus Prævotii, vid. paulo poſt.

Extractum igitur ſimplex è radicibus, interdum & foliis, floribus, ſemine, &c. paratur vel cum ſpiritu vini inſtar reliquo-

rum, vel cū aqua simplici aut homogeneâ per lentam decoctionem, quod priori longè gratius est, cùm phlegmatis vini empyreuma in extracto remanens plerisque nauseam ciere soleat.

Extract. Compos. Magni Ducis Hetruriæ. *Composita* ibidem varia sunt; ùt quod Magno Hetruriæ Duci olim in secretis fuisse fertur:

℞ Scord. tormentill. rec. melifs. rec.
Scorzoner. Hispan. recent. ana, ℥iiij.
Citrior. integror. no. iiij.

Citriis minutim incisis contundantur omnia in mortario lapideo & exprimantur fortiter, in qua expressione infundatur Croci ℥s, destilletur & denuò affundatur, extrahatur tinctura & ad ad justam mellis consistentiam inspissetur. *Aliud* compositum *Sennert.* habet tractat. de febrib. pag. mihi 454.

Aliud Sennerti.

Fermentatum Scorzoneræ. *Fermentatum* è scorzonera parandi modum docet *Angelus Sala* Chymiater candidissimus in saccharolog. p. 2. p. 143.

Ex eadem fit *syrupus bezoardicus* compositus citratus *Prævotii*, qui

℞ totius citri succulenti radulâ triti ℔j.
aq. destill. è succo pomor. redolent.
acetosæ ãã ℔ ij.
rad. scorzoner. ℥ij.
contrajervæ ℥s.

Sem.

Sem. card. sancti ʒiii. Fol. scord.
Cret. pij.
Spir. 🜍 rectif. ℥ij.

F. digestio per aliquot dies, coletur sine expressione, colatura depuretur per residentiam; in qua aliquoties infunde flores citri & aurant. adde pòst dimidiam partem sacchari, destilla ad remanentiam tertiæ partis in formam sc. syrupi. Dosis ℥j. circiter. *Aqua extillans* vel per se, vel pro diluendo syrupo potest asservari. Prostat hîc Syrupus sub nomine Syr. è toto Citro in officinis Vratislaviensibus, quo se feliciter in Praxi per plusculos annos, postquam eundem ibidem ordinaverat, creberrimo & quotidiano usu malignis morbis resistere, attestatur Litteris *Phosphorus noster* D. *Phil. Jac. Sachs à Levvenheim Collega Curios.*

Vinum bezoardicum tale parari potest in constitutione pestilentiali: *Vinum bezoarticum.*

℞. Herb. absinth. scord. ā. mij. Card. bened. miij.
rad. Zedoar. scorzoner. ā ℥j.
Cort. citri mund. ℥ij. Granor. juniperi ℥s.

Incisa & contusa dentur in charta in f. q. vini immergenda.

Acetum bezoarticum. *Acetum bezoarticum* Mynſichti in armament. tale eſt:

℞. Rad. ſcorzon. angel. dictamn. alb. ã. ℥j.
tormentill. Zedoar, Enul. camp. ã. ℥ſs.
Camphoræ ʒis.

Tritis affunde ſpir. vini bezoard. & acet. ſambuc. ãa ad 6. digitor. eminentiam. digere in vitro benè clauſo filtrentur, Doſ. in præſerv. cochl. ſemis manè in curando ℥s. ℥i, c. ▽ card. bened. *Spiritus* autem *vini bezaard.* ille eſt, qui ab extracto ſcorzoner. vel alio alexiterio prolectus illius virtute adhuc prægnans eſt.

Gelatina. *Gelatina* è raſura CC. rec. limato c. Aq. ſcorzon. & ſucco citri conficit jucundiſſima eo modo, quo vulgaris, & ſi quidpiam ſantali r. aut. fol. roſ. addantur, vel ſuccus berberorum citri ſucco ſubſtituatur, ſanguineum colorem induit, quibusdam *collu ſcorzoneræ* cognominatur.

Emulſio. *Emulſiones* è ſem. ſcorzon. c. ▽. homogen. factæ in febribus proſunt.

Conſerva. *Conſerva* è fl. rec. paratur, ut cæteræ, cui ſi conſerva roſ. antiqua adjiciatur cũ ſucco citri rec. expreſſo q. ſ. F. compoſita ſaporis præſtantiſſimi. Ex eodem con-

Julebus. ſerva cum ▽ ſ. vel propria *julebus* paratur in febrili æſtu ſaluberrimus, ut & *morſuli* ejusdem efficaciæ.

Salis

Salis volatilis notas exhibet decocti co-or, & destillatio ac vis diaphoretica. *Sal volatile fixum.*

Salis fixi tantillum colligitur è totâ planta l. a. incinerata, eo potiss. modo, quem in tractatu de absinthio indicavimus.

Ægrè quidem *pulverisatur* radix ob spongiositatem, sed ejus usus nobilissimus est tùm per se, tùm in compositis. . gr. sit *Composita è Scorzonera.*

Pulvis antitoxicus Mantuanus, cujus basin Scorzonera constituit, officinis nostris familiaris: *Pulvis Mantuanus.*

℞. Pulv. rad. Scorzon. latif. maj. ℥i.
contrajerv. non carios. anthoræ.
Unicornu veri (vel cuspidum CC.)
Margarit. or. præparat. ā ℈ij.
Lap. bezoard. orient. Terræ sigillat. Siles. ā ʒj.
Smaragd. præparat. ℈j. Corall. r. & alb. ā ʒs.
Sacch. albiss. ʒvj. M. F. pulvis pro usu.

Species *diadictamn*. Scorzonera quoque nobilitatas prolixè describit Dn. D. *Becher* in herbario suo p. 425. quæ si cum mellis & sacchari s. q. subiguntur, F. exinde Electuarium, quod Moguntinis creberrimo est in usu, & vocatur *Elect. diadictamn. è gemmis* Sieberlatwerg.

Alii *globulos bezoardicos* exinde conficiunt *albos* signatos instar terræ sigill. Turcic. eosque contra omnia venena efficaces pronunciant, hoc ferè modo:

℞ Unicorn. foss. miner. rec. Terræ sigillat. Silef. alb.
C.C. philos. præparat. Cornu Rhinocerotis ā ʒij.
♁ii diaphoret. vel bezaard. min. Succin. alb. præparat.
pulv. rad. scorzoner. ā ℈ij.

Globuli Bezoartici. Ex subtilissimè tritis & accuratissimè permistis F. c. mucilagine Tragacanth alb in ▽ scorzon. soluti Globuli, quorum Dosis ℈i ℈ij. *Simpliciores* parat Clariss. Dn. Præses in tractatu de unicornu fossili, non tamen minus efficaces:

℞. Terræ Silef. sigillat. alb.
Unicornu mineral. foss.
C. C. Philos. præparat. ā ʒiij.
♁ii diaphoret. ʒi. F. c. mucil. Trag. globul.

Bezaar Sophisticus. Quin & *bezaar Sophisticus* ortum suum ex parte ipsi debet:

℞. Boli armenæ luteæ præparat. cum Sp. ⊕
C. C. ust. margar. præparat.
rad. tormentill. *Scorzon.*
Sem. acetos. Card. sanct. fol. ejusd.

Salis

Salis corall. Succini albiſs. ã ℥j.
Contrajerv. ℥ß Camphoræ ℈ijs.
Cum gelatina C.C. c. ▽ Scorzon. extracta formetur pila ovalis, & lentisſimo calore ſiccetur, interq; ſiccandum ſubinde contrectetur digitis inunctis ol. ſuccini rectif. donec in lapideã duritiem concreſcat, poteſt addi unicornu veri, bezaar naturalis, lachrymæ Cervi ã ʒj. &c. Reſiſtit venenis, putredini; vermes, variolas, exanthemata & bubones pellit: Ad præſervandum datur ℈j. ad curandum ʒj. ex ▽ citri, ſcorz. galega &c. Eſtque ita temperatus, ut omnibus dari poſſit. Confer *append. Zvvelfferi ad diſp. Aug. p. 1. p. 65.*

Tinctura bezaardica nobiliſsima eſt, quæ ſequitur: *Tinctura bezoartica.*

℞ Mixturæ ſimpl. ℥iij. Granor. herb. Paris ʒiij. rad. ſcorzon. ℈iiij. F. infuſio & diger. Doſ. ℈j. ℈ij.
Magis compoſitum verò in jam allegato Dn. Præſidis tractatu.

Eſſentiam è rad. ſcorzon. cum Aq. f. decoct. expreſs. colatam & ad conſiſtentiam mellis reductam pluribus virtutibus extollit *Ang. Sala* in eſſent. veget. p. 55. *Rollfinccius* cum ſpir. vini extrahit Chym. p. 206. *Eſſentia Scorzonerä.*

Essent. composita. *Essentiam alexipharmacam compositam* tra-dit Zvvelfferus in dispens. Regio p. 67. & *Bezaardicum cervinum* 3. ejusdē in Dispen. August. Reformato Scorzonerâ nostr vigoratur.

Oleum scorpionum exinde *compositum* idem ibidem tradit p. 73.

Elect. de Scorzonera. *Electuarium de Scorzonerâ* describit Myn sicht. in arm. p. 234.

℞. rad. Scorzon. condit. ℥vj.
Conserv. rosar. ⊕lat. ℥iiij.
Spec. diarrhodon abbat.
diacubebæ ã ℥j.
Hepatis lupi præparati, ⊕ præp. ã ʒ
Sem. acetos. melon. excort. ã ℈iiij.
Tinctur. corall. sicc. ⊖ absinth. ã ℈s
M. &c. Rob de berber. & ribes ã q. s. F. Electuarium. potest add Spir. ♀ris q. s. Dos. ʒi ad ℥s.

In hepatis *intemperie calida* præstantissi-mum est.

Elect. Orvietani tot reperies formulas, quot sunt pil. Angelic. Aliud *Electuar.* Hieron. Ferrantis Or-vietani, ab Authore *Orvietanum* dictun per omnem Italiam Galliasque famigera tissimum, & ob vim venenis resistendi pla nè singularem magni faciendum.

℞. Rad. angel. aristol. long. anthor bistort.

Card

Card. bened. gentianæ, tormentill.
Dictamn. Cret. Sem. citri. anchuſ.
Echii. aã p. æq.
Rad. Scorzoneræ ad pondus *omnium.*
Pulveriſentur omnia ſubtilisſime, adde mellis deſpumati triplum, vini malvat. pa-um, Theriac. Androm. decimam partem. n morbis malignis remedium expertis-imum : *Malignos* autem dico, qui præter naturæ ſuæ rationem periculoſo quodam ymptomate terribiles & ob vitium quod-dam occultum (quod Hippocrati τὸ θεῖον dicitur) plerumq; funeſti ſunt, ſimiles ni-mirum (quod Senn. Inſtit. p. 195 ait.) ma-lis hominibus, qui aliud vultu & verbis præ ſe ferunt, aliud corde occultant & fa-ctis præſtant; *Venenatos* verò, qui à vene-no vel *intus* aſſumpto, vel *extrinſecus* ad-miſſo immediatè oriuntur, vel nullis aliis morbis tales ſuperveniunt: Id enim pro-priè *venenum* eſt, quod per ſe & inſigniter absque prævia humorum corruptione occulto quodam modo hominem in ſum-mum vitæ periculum conjicere poteſt: hinc Græcis δηλητήριον cognominatur, quandoque etiam φάρμακον, quaſi dicas *medicamentum venenatum*, quo ſenſu & apud JCtos ſæpius uſurpatur, quod & ex Virgi-lii Ecloga Pharmaceutria dicta patet.

Franco-furt. quot cro-ci ♂, quot laud. o-piat &c. Scorpio-nes *num. 100. in um-bra exſic-catos baſin ejus conſti-tuere nu-per ex A-mico didi-ci, aſſenti-re videtur.* Rhod. in Notis ad Scrib. Larg. p. 244.

Germanis itidem Gifft à geben / unde vulgata phrasis einem vergeben / & Gifft antiquo idiomate vocârunt patres nostri munera illa, quibus iniqui & δωροφάγοι Judices, ceu veneno quodam præsentissimo infecti corrupti, civiliter moriuntur. Vox verò Veneni ἐκ τῶν μέσων ἐστί: Nam & medicinam dicimus venenũ more Græcorum, ceu jam dictum: unde ἀντίδοτα Græcorum, nostra sunt *alexiteria*. Confer Nobilissimi *Mollenbroccii Physici Hallensis & Collegæ* curiosi honoratissimi, elimatam disputat. de venenis: Medicamenta autem venenis resistentia *bezaardica* vulgò rectiùs bedzardica dicuntur vel bezahardica, Persis & Arabibus Bedezahar & Badzahar, id est, ἀλεξιφάρμακον. Clus. exot. not. p. 251.

Virgil. 2. Georg. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Et Strabo 11. Geograph. de Massagetis: ἐσθῆτα ποικίλλουσιν ἐπιχρίστοις φαρμάκοις, ἀνεξίτηλον ἔχουσι τὸ ἄνθος; *i. e. Vestes infectoriis, venenis tingunt, quæ colorem seu* tincturam *habent indelebilem*, die auf fein gefärbet sind.

CAPUT VII.

USUS IN MORBIS MALIGNIS &c. FEBRE.

Digressio ad Febres.

PRimò quidem non negandum, plures dari morbos malignos, & epidemios, quibus tutò & jucundè adhiberi possunt medicamenta superiùs indicata; quia tamen

amen in febribus, & *qui cum febribus* sunt :onjuncti, vis eorum evidentiùs apparet, ccirco de iisdem hîc potissimùm agetur, :is tamen non omninò intermissis, qui à :ausis venenatis seu veneno absque febre sunt producti, ut experimento uno altero ve facto faciliùs posteà per analogiam quandam judicium fieri possit de cæteris.

Febrem Latinis à fervendo, Græcis πυρε-τὸν, nobis ex eadem affinitate **Fieber** quasi **Fever** à caloris abundantia dictam, sæpius comitatur maligna quædam qualitas. quæ solertissimè semper indaganda, cùm non statim aut ubique suâ se caudâ prodat, ùt sorex, petechiis puta, variolis aut morbillis, bubonibus aut carbunculis, vel contagio quodam pluribus simul infesto; sed ex insidiis hominem jugulare soleat: nec enim *leonis* tantùm *robur* hîc, sed & *vulpis astutia* pertimescenda; Induciæ ubi concessæ videntur, clàm hostis bellũ gerit, & per cuniculos fulcimenta sanitatis subruit, ubi nihil periculi esse videtur ex ☐ & pulsu, ibi vitam subitò ponimus: Et Medici ipsi qui cavent, ne decipiantur, vix cavent, & cùm cavent, & cùm cavisse rati, sæpe ipsi cautores capti & derepente abrepti sunt,

Quæsitæque nocent artes, cessére Magistri,
Phyllirides Chiron Amithaoniusque Melampus.

De febribus malignis & pestilentibus in genere.

Veteratores omnes meritò fugimus, qui tamen extra nos; In intimis visceribus nostris veteratorio more grassantur morbi maligni.

Medicorum pericula à malignis morbis.

Sic Lipsiæ quondam, ùt Annales referunt, uno tempore decem Medici, & haut ita dudum amicissimi nostri Collegæ duo Langenaueri Pater & filius, duo Medici Aulici & Archiatri, ille Culmbacho-Brandeburgicus, hic Lockovvizensis & Poliater VVeidensis &c. pariterq; hoc ipso 1665. anno D. Christianus Buckisius Illustriss. Principis Ligio-Brigensis in Silesia Archiater, postquam ante aliquot septimanas vix Collegio Curioso accesserat, aliique innumeri ab istâmet callidissimâ vulpeculâ simul interempti sunt. Sic præterito anno Leobergæ Russorum V. Medici cum sexto Judæo Medicastro in consilium Episcopi Poloni malignâ decumbentis vocati, intra biduum omnes demortui, ægri fatalem fortunam mortemq; comitantes, unà cum Chirurgo, qui post venam Episcopo sectam vix bihorium supervixit, solo Libitinam exorante Ebræo isto, & feliciorem reliquis sortem experto, quam verissimam Historiam oculatus testis illustrissimus Princeps Coniezpolzkius Junior, dum Anno 1665. mense Martio Vratislaviam transiret, oretenus narravit Collegæ nostro D. Ph. Jac. Sachsio à Levvenh. qui eandem nobiscum communicavit. *Febrim antimedicam* jure diceres,

aut

aut *Medicorum napellum* & *flagellum*; προσέχε-τε ὦ χαριέστατοι! Cavete vobis à versutissimo hoc & versipelli Proteo, & discite

Occursare capro, cornu ferit ille.

Et si minùs capite, caudâ tamen graviùs sauciat scorpius iste: nec enim ulla hìc *crisis* verè *Critica* & *tuta* ex 2.aphor.Hipp.29. Maximum autem morbi *indicium* est subitus virium lapsus, horripilatio crebra, & nocturna plerumque mali exacerbatio, antecedunt nonnunquam dorsi & lumborum dolores ac pruritus malignorum exanthematum à corrupto sero ibidem restagnante exortorum prodromi; quod graphicè præ cæteris delineant Clarissimus *Follinus* in orat.de febr. petech. & Experientissimus *Hochstetterus* l. 1. observat. p. 102. & seqq. Licèt enim in omni ejusmodi affectu *tria* potissimùm veniant *attendenda*, *febris* nimirum, *putredo* & *malignitas*; ea tamen ipsa malignitas si urgeat, tum ob sui pravitatem & κακοήθειαν, tùm ob mentitum probitatis habitum prima omniũ certis & expertis alexiteriis erit oppugnanda, neq; adduci possum, ut aut febrilis materiæ concoctionem expectem, quam malignitas non admittit; aut pro minuenda causa temperandoque caloris æstu *sanguinis missionem* maguoperè pro-

Confer Bursesum de febre epidem. seu petechiali & Strobelbergeri notas in eundem doctissimas, ut & Rul. de lue Ung. c. 8. quæst. 11.

An Venæsectio in malignis?

bem, cùm gratiosus iste humor thesaurus sit vitæ humanæ, frænans acres & malignos humores, quo per VS. ablato & subducto rerum gerendarum nervo vires fractæ in hostem jam agere nequeunt: itaque morbus superior fugat vitam, quod libenter repeto cum Hochstettero d.l. & Minderero de morbo militari. Assentitur Fernel .l. 2. de abditis rerum causis c. 12. Et milites nostri præterito autumno ex Hungaria redeuntes id ipsum cum magno suo malo experti sunt.

Citò igitur dare alexipharmacum, quod idem Hochstett. ait, est citò oppugnare malignitatem, cor præstò munire, & contra hostem validum reddere; Ubi tamen ratione *perniciei* & *contagionis* vehementiâ *differentia* quædam intercedit: Hæc enim duo in peste & febribus pestilentibus summa sunt, in malignis autem mitiora; Nimir. maligna febris & ipsa prava est, sed in gradu remissiori, perniciosior tamen quàm simpliciter putrida, & propterea inter pestilentem & reliquas quasi media, & ad ipsam pestem sæpe via ac gradus, quod multoties observatum.

Differentia febrium malignarum.

Et ùt illæ, pestilentes puta, causam utplurimum communem agnoscunt, aërem scilicet inquinatum aut contagium; ita

hæc

hæc (maligna) vitioſorum humorum vel ex aſſumptis & admotis (contagio tamen non omnimodè excluſo) præſenti apparatu: Tutiùs igitur hîc quandoque ex lege methodi *evacuantia* in principio propinantur, *vomitoria* ſcilic. aut leniter purgantia, ſuis tamen ſemper alexiteriis ſtipata, & ante tertiam adhuc diem exhibita, ubi, ſi vacat, & *Venæſectio* quandoque (ſed non niſi in plethoricis) præmittenda, aut *clyſteres*, aut *ſcarificationes*, quando ſcilicet maior eſt putredo quàm malignitas, quâ vincente, iis omisſis ſtatim alexipharmacis res expedienda, idque ſæpius de die. Externis quoque *veſicantibus* venenum evacuandum, quæ in manibus pedibusque ac nonnunquam poſt aures à ſtatu uſurpata multum ſolatii afferunt, ſi *terribilia adſint ſymptomata* cum extremor. ψύξει; 7. aphor. Hip. 1. Elegans emplaſtr. ſuppeditant Aug. in Diſpenſat. Refor. p. 391. quod Medicis hîc loci frequentisſimū. Rulandus magnoperè extollit *corticés ram. juglandis* interiores cum aceto contuſos, & maculam exinde nigricantem, quaſi cauterio inuſtam obſervavit, de lue Ung. p. 170. ſed ea arboris indoles eſt, ut tàm cortex ſucculentus, quàm folia rec. impoſita maculas nigras imprimant, quod mu-

lier-

lierculæ experiuntur, quæ pro exſiccando lacte folia mammis imponunt. Cor autem ſemper *roborandum* medicamentis cordialibus & appropriatis, quorum deinceps mentio fiet, & facta eſt jam olim ab Hippocr. lib. 6. epidem. ſect. 6. κακοήθων ſeu malignorum morborum remedia (inquit) ſunt γάλα, σκόροδον, οἶνος ἀπεζεσμένος, ὄξος, ἅλες, h. e. lac, allium, vinum fervidum, acetum, ſal, quæ non tam intùs uſurpanda, quàm extra pulſibus applicanda, pectori imponenda; naribusque offerenda, ut ſudori par ſit & ferendo æger. Utramque hîc paginam abſolvit *Scorzonera* noſtra quovis modo uſurpata, quam ideò in priori quoq; ſeculo Hiſpanorum tenacitati eripuerunt ſagacisſimi quidam Germani, & in multis Germaniæ locis inventam pasſim eo nomine commendârunt, inprimis Germanus iſte & candidisſimus Medicus M. Johannes Wittichius Arnſtattenſis Thuringus in conſilio Germanico de petechiis, ut & Clarisſimus D. Joh. Oberndorfferus in tr. Germ. de lue Ungaricâ, idque haut injuriâ, cùm & venenis reſiſtat, & cor ſingulariter roboret, ſudores potenter cieat, ejusque reliquias per vias [illegible]narias eliminet, quod in ejusmodi febrium declinatione eluctanti jam

Natu-

Naturæ medium aptisſimum & ſaluberrimum, hoc præſertim modo adminiſtrata:

℞. Pomor. citri. rec. no. 2.
Incide cum corticibus in taleolas tenues, adde
Sacchari albisſimi ℥iij.
rad. Scorzon. mund. ℥ij. vel ℥iij.
aq. fontanæ ℔ vj. Coque ad tertias & colentur.

Quibusdam *decoctum* hordei c. CC. tùm magnifit, præſertim *Rulando* in libro de morbo Ungarico p. 667. ſed majoris ego æſtimo, quod ſimpliciter è CC. raſpato vel leni △ calore & philoſophicè tantùm (ùt loqvuntur) calcinato, paratur, cum vis alexiteria plurima cum virtute ſua diaphoreticâ, quæ hîc pro exturbando miaſmate maligno neceſſariò requiritur, & in ⊖ e volatili potisſimùm conſiſtit, maximam partem per △ violentiam evaneſcat: Præferrem igitur decoctum jam deſcriptum, aut ex eodem confectam *gelatinam*, quæ in reparandis viribus ad unum alterumve cochlear exhibita multis modis prodeſt, ſitim ſedat, & internorum viſcerum ſqualorem egregiè demulcet, in juſculis reſtaurantibus ſumpta, aut *decocto hordei*, quod peſtis quoque tempore per ſe multum poteſt:

Confer Excell. Grabæ Collegæ Curioſi Elaphographiam.

℞. Hor-

℞. Hordei mundi mj.
Rad. acetosæ
Scorzoner. ā ℥ijs.

Coque in 2. mensuris aquæ s. ad crepaturam hordei, Colaturæ adde
Syr. limonum ℥iiij.
Aceti rosacei vel scordii ℥s.

Colentur iterum per manicam Hippocratis & usui reserventur. Aliud non minùs efficax describitur ab Sennert. in instit. ultimæ edit. p. 1317.

Pestis natura & causæ nos latent, ideoque & cura ejusdem empirica, non methodica; experientiâ, non rationibus inventa & confirmata.

Sed ut in specie ejusdem usum ulteriùs videamus *in peste*, horrendo isto atq; perniciosissimo morbo, ubi summus corruptionis omnium humorum gradus est, ac omnium morborum, præsertim malignorum; complexus quidam (qui etiam eâ ingruente, tanquam Gorgonis vultu aut immanissimi Tyranni facie consperſa perterriti quæsitis undique latibulis tantisper delitescere solent, aut in aciem simul producti ex omni angulo conjunctis viribus & collatis quasi signis suppetias ipsi eunt) & præservanda & curanda multum potest *rad. Scorzoneræ* vel cruda, vel saccharo incrustata, aceto macerata, aut ex eadem *acetum* bezoardicum sumptum, vel naribus & pulsibus admotum: Et consentiunt in hoc (inquit Sennert, tract. de febr.

febr. p. 435.) Clarissimi quique Medici, aceti præcipuè in quo alexiteria medicamenta macerara fuerint, cùm extra adhibiti, tùm propinati maximam vim esse ad præservandum corpus à veneni pestilentis corruptione, quod & singulari observatione illustravit Clarissimus *Bartholinus* Cent. anat. 4. hist. 13. Et Athanas. *Kircherus* in scrutin. pestis sect. 3. p. 376. confirmavit, in ea peste, quæ Romam anno 1656. miserè vexavit, acetum intrô sumptum omnes, qui eo usi sunt, à peste præservasse. Vide etiam Senn. paral. p. 184. Neque pesti solùm, aut febribus malignis in genere; sed & in specie pluribus *venenis* tàm internè quàm externè felicissimè medetur acetum, quod præ cæteris pulcherrimè prosequitur Nobilissimus noster *Phosphorus* in Ampelograph. S. 8. c. 2. p. 535. Et talia aceta passim laudantur ab authoribus, & nos superius ex *Minsichto* descripsimus; In Dispensatorio quoq; August. proponitur *acetum Theriacale*, ejusdem quidem qualitatis: sed majoris efficaciæ, si rad. Scorzon. adjiciatur cæteris. Quibus tamen cerebrum siccius est, aut qui vigiliis molestantur, parcius utantur aceto, quòd plurimùm calefaciat: quod egregiè & ex ipsis Principiis chymicis solidissimè

ὄξ@. *Hipp.*

Acetum nervosis *partibus inimicum; nervosissimæ autem sunt cere-*

brum & uterus, & consensus inter eos maximus; hinc fœminis magis adversatur, quàm viris; Hipp. de rat. vict. acut. s. 3. v. 91. γυναιξὶ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτατον ἢ ἀνδράσιν. Noxium autem acrimoniâ quâ pungit, tùm penetrandi facultate, quà opplet, præsertim aliis permistum.

simè demonstrat communis noster Præceptor & Germaniæ Phœnix jam laudatus Sennert. in Paralip. p. 141. *Jejunium* hîc improbo ac subitam diætæ mutationem præter rationem, cum assuetæ diætæ permutatio sanos etiam lædat. Hipp. de vet. med. & victus, nisi is pravissimus, causa pestis non sit, nec quà talis pesti resistere possit, (quicquid hîc Itali quidam suo biscocto tribuant) sed ad virium refectionem potius assumatur, quod magnoperè laudat autor de Nat. human. textu 4. Celsus l. 1. c. 10. Et *Rondelet*. Galliarum Æsculapius non sine stomacho; l. 1. de Cur. febr. c. 1. p. 812. Medici, *inquit*, summum illud jus morborum acutorum observantes summa injuriâ afficiunt ægrotantes *tenuissimâ* illa *victus ratione*, in qua vires delinqvunt: Confer elegantiss. *Horst. l. 2. de tuenda San. Studios. c. 2.* ubi tam ad præservandum, quàm ad curandum plura & experta, elixir Propr. Parac. pestilent. Crollii cum essent. absinth. permista. Cumprimis hîc convenit *Antidotus de Scorzonera*, cujus descriptionem infrà trademus & *Morsuli Imperatoris Ferdinandi I. à Wittichio* in Consil. Germ. p. 22. allati;

℞. Terræ sigillat. Siles, ℥iiij.
rasur. CC.

Sem.

Sem. citri excort.
arant. limon. ā ʒiij.
rad. diptamni alb.
cinam. el. ā ʒij.
rad. ſcorzoner. tormentill. pim-
pinell.
Zedoar, ſantal. omnium ā ʒs.
caryophyllor. roſ. rubr, cori-
andr. præparat.
ſem. endiv. vel portulac.
raſur. eboris ā ʒiſ.
l. aloës, nuc. moſchat. ſcordii.
Gran. junip. ſuccin. albiſs.
ſem. acetoſ. Gran. paradis. ā ʒs.
croci; camphoræ ā ℈j, F. pul-
vis tenuiſs.
Hujus pulveris ℞.. ʒj. Sacch, albiſs. ℔j.
diſſolv. ▽ acetoſ. Card. ben. &c.
F. Morſuli.

Hæc eadem proſunt in *Curatione peſtis* ſtatimque ſunt exhibenda; ſed in duplo & ſingulis 8. horis repetenda, ægerque *cardiacis* ſemper reficiendus; ut horâ una alterave in ſudore perſeverare poſsit, & ſudorifera ſæpiùs præſtanda, *bubo* ſi ſtatim prorumpat & miteſcat à ſudore, bene eſt; *carbunculus* omnis periculum portendit; ejus enim comes ferè ſemper eſt bubo in emunctorio κατ' ἰξιν cum graviſsimis ſym-

ptom. cephalalgia, anxietate, vertigine, crurum brachiorumque cruciatu &c. prorumpens. Præclarè hîc facit (nec enim ullum hujus mali datur *specificum* certum & expertum alexiterium) ut testatur Expertissimus Sennertus, & vespillonum aliorumque Empiricorum arcana sibilo digna censet in Paralip. à p. 176. & trium Cæsarum Meritissimus Archiater Crato à Kratheim in consil. pag. 266.) *Pulvis antitoxicus* Mantuanus pretiosus admodum, ob *lapidis bezaardici* & Unicornu animalis accessum, quorum ille plurimis impostorum mangoniis obnoxius est, & hoc in Utopiâ aliquando visum, vel à Ctesia lepido illo fabularum Indicarum sciolo inter rariora confictum; *Unicornua* quidem passim ostenduntur, in Fano S. Dionysii prope Lutetias, in templo D. Marci Venetorum augustissimo, in instructissimo Gazophylacio Saxoniæ Electoris &c. Argentorati item, Ultrajecti ad Rhenum, sed cum forma non sit eadem, diversorum quoque animalium partes esse, quis neget? Quis veterum Scriptorum, Græcorum, Latinorum, Arabum de admiranda ejus vi alexiteria vel somniavit? Quis recentiorum experimentum certum affert ullum? Non possum certè non magnifacere

Verus lapis bezaar ipsa raritate rarior.

Zvvelfferus d. l.

In Europâ 20. integra reperiuntur & totidem non integra, sed confracta.

Preuel. *de artif. homin. pag. 1187.*

cere

cere ingenuum candidisſimi viri *Hochſtet-teri* ingenium & ſententiam, quam ſuper hac re profert l. 2. obſerv. p. 400. Hoc habeo dicere, inquit, communi nos vitio proxima negligere, remotiora ſuſpicere, ignota adorare, notis abuti: prædicare inexperta, comperta pro nihilo habere: Neſcio ſanè, quo fuco ſe externa adornent, & plerunque notis patriæ beatiora habeantur: Putarem ſanè hoc eſſe in mundi ſenio deſipere, ſi avi fortè non iisdem deliráſſent noſtri; at novi quosdam favere Trogiſtarum nugis, qui ſua nænia uni ſi perſuadent Medico, ſciunt venalia eſſe &c. Confer *Senn.* de febr. p. 463. & *Olaum VVormium* in Muſeo p. 282. & ſeqq. imprimis Exercitatiſs. *Zvvölff.* in *Pharm.* Append. p. 65. & *Sachſium noſtrum* in Gammarologia Curioſa L. II. pag. 612. Clariſſimus *Bartholinus* cent. an. 4. hiſt. 4, & 19, accurato habito hujus rei examine, & multorum unicornu comparatione, factisq; plurimis experimentis ſanctè aſſeverat, *verum* illud *unicornu* animalis quadrupedis hactenus creditum *dentem* eſſe cujusdam *balenæ Narhual* Islandis dictæ, & *Unicornu Grœnlandicum* vocat. Cum igitur pari utrumque vitio & flagitio ſit expoſitum, jure merito cum Sennerto, Cratone,

Homo ἀψίκορος καὶ φιλόπονος.

Heurnio &c. vel *Cornu Rhinocerotis*, quòd in off. jam. passim venit, vel *tenella cervi cornua*, vel eorum adultorum *apices* crudos aut leviter saltem calcinatos, aut Unicornu illud Grönlandicum felici cum successu toties & à tantis viris usurpatum, cum Bartholino d. l. & hist. 50. &c. aliis præferenda censeo. *Unicornu* autem *minerale* fossile, *spodium* & *ebur fossile* dictum, ejusdem cum terra sigillata virtutis, atque ideò hoc quoque loco magnifaciendum esse nullus dubito; sed id recenter è matrice sua effossum & suis adhuc spiritibus mineralibus imprægnatum: Quod anno 1649. in exstruendis propugnaculis è fossa nostra suburbanâ recenter erutum in extirpanda epilepsia aliisque gravissimis affectibus miraculi instar deprædicabatur, sed cum ætate postea eviluit; quod idem & *Kittingæ* in patria mea haut ita dudum contigisse memini: qua de re Venerandi nostri *Præsidis* scriptum extat reconditâ pariter & jucundissimâ variarum rerum enumeratione refertum, quòd ob materiæ affinitatem huic tractatui anneximus. Et hæc duo quidem è regno animali & minerali; è vegetabili plura longè eaq; certiora, nec minus tamen pretiosa petuntur, quæ sub finem peculiariter recensentur

D. Joh. Laur. Bausch *de Unicornu fossili.*

tur

tur; è quorum numero hîc legenda, quæ præ cæteris, longo uſu ſunt experta; neq; enim tam acutus & periculoſus morbus novorum medicamentorum experientiæ quidquam temporis concedere poteſt, ubi ſummus coruptionis gradus eſt, ibi præſentisſima ſtatim remedia vel cum *temeritate* quadam, ut Celſus loquitur, rapienda ſunt, cum intra triduum & citiùs quandoque hiſtoriam ſuam abſolvat: Miſtura contra peſtem Rollfincc. Elixir. propr. & ol. abſinth. jam dicta, ùt & Tinctura bezoardica D. *Michaëlis* P.P. Lipſienſis celeberrimi, Præceptoris & Patroni ſuſpiciendi, vel quam ex illa natam ſuperiùs è mixt ſ. ſimpliciter paravimus, reliquaque omnia inferiùs juſto ordine dicenda, ubi ſemper præferimus experta novis & compoſita ſimplicibus, cum morbi idea nos lateat, & medicamenta in prori peſte probata, in altera nihil opis afferre videamus, quod ex felicisſimo *Platero* Medici *Lipſienſes* & *Wittebergenſes* mihi coràm conqueſti ſunt. Tutisſima igitur *præſervandi via* eſt, & in principio invaſionis tantum vitæ viriumque Inſidiatorem per profundi ſomni blandimenta; quo corrupti Spiritus introrſum revocantur, non admittere. Nam,

Medicamenta hîc in modum Amicorum *habenda ſunt, è quibus non decet novos veteribus anteferre.* *Senn. paralip.* 182. μηδὲν ἀναβαλλόμενος.

Tardius ejicitur, quàm non admittitur hostis. Neque enim ulli mortalium immunitas hîc promitti potest,

— inq; ipsos sæpe medentes
Erumpit clades, obsuntque autoribus artes.

Et antidotus vera pestilentis hujus veneni solius est in manu Dei, nec Medicis explorata, ùt experientissimus Crato loquitur epist. 131. Extrinsecus quoque prodest ballamus hic cordialis :

℞. Balsami Indici ʒis.
Theriac. Andromach. ʒj.
Confect. alkermes ʒs.
ol. citri ℈s. c. ol. nuc moschat. q. s.
F. Balsamus.

vel quem Rollfinccius in chymia habet p. 147.

Sed hæc notare tantùm, non explicare animus est: pete plura ex autoribus & *Hiera nostra Picra.*

Febris Petechialis. Febris *petechialis* vel pestichialis à periculoso symptomate apud Italos in priori seculo, & Cypri atque Cretæ Insulanos nomen id, ut è *Fracastorio* liquet, invenit, Veteribus vix dicta, hodie tamen Germanis, & quibus non? notissima, præsertim ubi diuturniorem Austri flatum pluviosa exceperit tempestas, Germ. Fleckfiber/ nobis Rebeflecken/quibusdam Sprengkeln.

Pete-

Petechiis nimirum seu puncticulis in dorso, brachiis pedibusque ad majorum vasorum descensus (ubi mali potissimum fomes) symptomaticè erumpentibus * facilè à reliquis dignoscitur, & materiâ peccante, quæ hîc serosior est, & minoris, quàm in lue Ungarica crassitiei, ejusdem tamen, si non majoris, quandoque malitiei: Anno post natum Christum 1645. ob hyemem tepidiorem passim hîc grassabantur febres malignæ, Ungaricæ primùm, at subeunte Vere petechiales pleuritidem modò, modò nephritidem mentientes, ob dolores circa pectus & lumborum regionē singulares à corrupti seri effervescentiâ ibidē excitatos, ubi pro calore temperando & sedandis ejusmodi passionibus ab imperito vulgo *venæsectionem* tanquam ad sacram anchoram statim deventum est; sed qui ex eo remedio salutem quærebant, plerique omnes moriebantur, ob causam quæ superius quoque fuit allegata. Vidi tum temporis præsidiarii cujusdam militis puerum septennem *petechiali*

Venæsectionis noxa.

Observatio.

* *Naturâ malignitate & copia oppressa coacte exiliunt, hostili causa quasi prædominante?* *Rul. de lue Ungar. p. 60. Unde Itali ad majorem caloris eventationem* cucurb. scarificatas, *tùm apponunt partibus intra scapulas ad dorsum.*

chiali intermittente laborare; ſingulis enim diebus circa 10. matutinam repetebat Paroxyſmus cũ magna violentia & maculis puniceis in brachiis, crurib. & pectore copioſisſimis, elapſis 5. horis totalis aderat ἀπυρεξία, atque hoc contra quorundam Neotericorũ mentem jam olim quoque prodidit Divinus noſter Senex l. 7. epid. p. m. 327. Rationem reddit *Sennertus* l. 4. de fab. c. 8. Imposſibile non eſt, ut in primis viis putrescentes humores malignitatem concipiant, & cum in talibus febribus tanta veneni vis non ſit, nihil obſtat, quin Natura ſtatis periodis excretiones aliquas inſtituere poſſit; addit tamen, plerunque erraticas eas eſſe febres. *Alexiteria* a. & hîc in uſum ſtatim ſunt vocanda, præpimis *Scorzonera*, qua toties tantoque cum emolumento pasſim Authores, in ſpecie Ruland. Oberndorff. uſi ſunt, internè pariter & externè, vel in ſubſtantiâ, vel forma pulveris, conſerv. eſſent. extract. decoct. gelatinæ aut emulſionis ex ejusdem ſem. cum ſem. napi, citri card. bened. & melon. c. ▽. homogenea vel ſcabioſæ, præſertim ubi *pleuritidem* ſimul imitur, ac cũ tuſsi incipit, quod non raro uſu venire ſolet: *Virium* a. iſte *lapſus* ſubitò & παραλόγως exortus (quod libenter repeto)

to) bestiolam hanc probè detegunt: *Tussis* principium & finis hujus morbi, ibi sicca, hic humida, quâ quidem terrentur ægri nonnulli, ob metum subsecuturæ phthiseos, sed *vini potus* optimus ejusdem tùm corrector; Quod ipsum in principio veneni instar religiosè prohibetur: Vinum, inquit *Rul.d.l. Ung.* 1. 97. luis Ungaricæ suscitandũ seminarium paratissimum, cum actuosum sit & malignitatem secum quaquaversum facilè diffundat: Nemo igitur πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχλεύειν, vinum quodvis concedendo temerè ausit. Rul. ib. p. 100. & noster *Phosphorus* Ampelograph. pag. 285-286. *Delirium* quoque assiduus hujus morbi assecla, quod si ab ineunte surditate mitigetur, bonum: Urgente *Diarrhœâ* symptomaticâ intestina rheo in ▽ plantag. & scorzoneræ bis terque macerato cum syr. corall. aut cydon. abluenda; tum ad terram sigillatam Siles. eundem, quam Lemniæ expertus præfero: *Decimus* vel *undecimus morbi dies* plerisque est fatalis; Macilenti tamen facilius evadunt, & judicantur per *sudores*: Finitur malum hoc utplurimùm *hæmorrhagia* aut *diarrhœâ* Critica, quibus ex Naturæ debilitate subsistentibus venæsectio & purgantia cum successu submittuntur, malignitate scilicet jam supe-

An Vinum in petechiali?

ratâ fomes ejus tutiùs eliminatur in declinatione, iisque intermisſis *ſcabiem* nonnunquam ſucceſſiſſe contumacisſimam & moleſtisſimam obſervatum eſt: Supervenienti *gangrænæ* cautè eoq; modo occurrendum, ut paulò infra dicetur: Notandũ autem in hac gangrænæ ſpecie extrema *liveſcere* potius, πελιδνοῦσθαι & quaſi torrefieri à ferocienti æſtu (nigreſcunt extrema quandoque, inquit *Duretus* comm. in Hipp. 2. Prænot. t. 9. διὰ τὴν ἐκχύμωσιν, quam ſanat amputatio, ſemper autem livent διὰ τὴν νέκρωσιν, i. e. propter extinctionem caloris & nectaris vivifici à corde exhauſti) ideoque *ſicca* dicitur *Hildano* l. de gangr. & ſphac. c. 4. ad differentiam gangrænæ *ulceroſæ* putridæ, eſtque plerumque funeſta ob rationem à Dureto jam allatam, & σύντομον θάνατον σημαίνει, ut Cous noſter loquitur in Coac. præn. t. 72. ideoque nullus hîc frigidis locus, & ſi lividam partem amputare velis, hydræ Lerneæ caput amputaveris.

Gangræna ſingularis.

Morbus Hungaricus.

In *morbo Ungarico* cum inſigni plerunque *cephalalgia* (unde & κεφαλόνυσος, Germ. Die Ungariſche Hauptkranckheit/die Hirntobende Sucht / nuncupatur: & ἐξοχὴν artuum dolore invadente, ubi major quoque humorum eſt putredo & craſſi-

crassities, præsertim circa primas vias, & sub *mucronata cartilagine*, quod vel ipsi ægrotantes digito monstrare solent, universalia quoque prosunt, sed maturè exhibita & alexiteriis probè castigata: *Infusum agar.* cum decoct. & ⊖ scorzon. vel card. bened. hîc præstans est, & syr. emet. Angeli Salæ cum notis Zvvelfferi in Disp. Aug. descriptus &c. primo statim morbi insultu exhibitus, quibus submittenda (si malum sit contumax) apozemata *acidiuscula* ex agresta, acetosell. cum syr. acetos. citr. succo granat. & syr. de chamom. Neque enim ullum corporis membrum gravius affligitur in morbo hoc, quam *ventriculus*, ob jam dictas causas, & quòd ab ingestorum pravitate is plerumq; oriatur, hinc & extrinsecùs anodyna prosunt, ol. chamom. anethi, stom. Crat. Cucurbitula ori ventriculi imposita mirum in modum confert, præsertim si singultus simul adsit: *Capitis dolori* revellentia conveniunt & paregorica, unguent. alabastrinum c. succo verben. & rosis ⊖ conditis, vel emulsione nucleor. Persic. *Sitim*, malum quibusdam intolerabile, decocta levant & julebi acidiusculi, neglectis hîc syrupis nimis dulcibus: Hippocratis quoque consilio multum tribuimus in 6. epid. s. 3.

ἄδιψον (sitim prohibet) συνέχειν τὸ στόμ᾽, os claudere (quod quidem ægris molestum, cum patulo potius & hiante ore auram frigidiusculam avidè captent) σιγᾷν, tacere, nè fauces exarescant, ἄνεμον ξὺν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν, auram cum potu frigidam introducere. Et hoc postremum verum sitientium nectar est, **das labet/das loben die Herren von Dürstlingen.** Ipsi verò morbo præmissis universalibus, eadem conveniunt *alexipharmaca* tam *simplicia*, quàm *composita*, intùs & extus dicto modo exhibita, quibus quoque commodè profligatur terribilis illa & subitanea *corporis intumescentia*, quæ in ejusmodi febrium accessu, præsertim ubi magna subest materiæ crassioris copia, magnoperè terret ægrotantes, & apud nonnullos assumti vel admissi veneni suspicionem excitet, quæ tamen in morbi progressu prolecto sudore facilè discutitur, ut & *tumor* iste *œdematosus*, qui plerunque sub morbi remittentis declinatione vel à convalescentis intemperantia & humorum crassiorum copia pedes, utplurimum nonnunquam totum corpus occupat, cachexiæ soboles, probo victu medicamentisq; roborantibus eliminanda: *Illa* in variolis & morbillis frequentissimè quoque occurrit.

Hæc

Hæc autem mala quantopere ſævierint jam aliquot annos, non ſolum in *tenellorum*, ſed & *adultiorum* promiſcuè turbam, & quantam ubique ediderint ſtragem, tot ac tam illuſtria funera ſatis ſuperque declarant. Videntur autem nihil eſſe aliud, quàm ſalis quoddam genus ex impuritatibus alimenti materni partibus corporis ſolidis à primo ortu congenitum certoq; poſtea tempore à Naturæ Archeo (accedente quoq; ſiderum aërisque digerentis peculiari diſpoſitione) ſublimatum (*) inſigni plerumque malitia & acrimonia præditum, adeò ut dum prorumpit, quod tertio & quarto die utplurimum fieri ſolet, ſingulis ferè minutis acutisſimos in iis locis dolores excitet, ubi puſtulæ elevantur, ægriq; quibusdam quaſi aculeis compungi videantur, quod ab adultioribus didici; hinc forſan *variolæ* noſtratibus **durchſchlechten**, quòd cutim, & quidem faciei primùm perrumpant, & **urſchlechten** / quaſi **uberſchlechten**/quod omnem corporis ſuperficiem

De morbillis.

Varioli & morbilli Græcis quoque ob communionem cauſæ notæ & ab Hipp. l. 7. Epid. in Timonactis filio affabrè delineatæ, ſed ſub generali ἐξανθημάτων ϰ̀ ἐϰθυμάτων nomine ferè obliteratæ fuêrunt.

* *Sublimationem vel fermentationem iſtam ſtatim produnt abdominis cruciatus, oculor. rubor & lachrymæ, pectoris anguſtia, capitis artuumq; tenſivi dolores cum inſigni æſtu, delirio; vigiliis & intumeſcentia corporis.*

ficiem fædâ ſcabie inquinent, (à *ſcabie* tamen & materia peccante, & curandi modo ita differunt, ut etiam ſcabioſisſimi variolis tententur, (Heinr. ab Heer. obſ. 6. p. 98. quod & in propria filia cum dolore vidi) iisque l. m. profligatis ſcabie denuò laborent, cujus cura illi plane adverſa externis potisſimum peragitur: vide noſtrum hac de re monitum paulò infra) aliis **Bocken / Blattern** à tumore, Argentin. **Barbeln** à Lat. de quibus omnium noviſſimè & nervoſisſimè Nobilisſimus Argentinenſium Podalirius D. *Sebizius* in 6. diſpp. egit & peregit, quidquid hac de re ſolidè dici poterat vel excogitari: Ejusdem generis ferè ſunt *morbilli*, nobis **rothe Flecken /** aliis **Maſern / Purpeln** à colore, itidem graves & peſtiferi ſæpius, rarius ſporadici, plerumque epidemii & contagioſi, malignitatis jam majoris, jam minoris, ut variolæ, peſtemque nonnunquam præſagiunt, nonnunquam ſequuntur ex peſtiferis reliquiis pullulantes. *Barth.* c. 4. an. hiſt. 50. Diuturnum Auſtri flatum malis hiſce ortum dediſſe ſæpius obſervatum. Eſt enim conſtitutio iſta (iterum allego Sebiz.) putredinis genitrix, ſanguinis corruptrix & ebullitionis in ſanguine excitatrix ex l. 3. aphor.

Nobis plerumq; epidemii & frequentiores, cum alibi peſtis invaleſcit.

aphor. Hipp. 3. 11. & 16. idque insuper vidimus mensibus Nov. & Dec. anni 1660. in quibus ea de causa atrociter sævierunt variolæ per omnem Franconiam & vicina loca. *Variolas* autem oculorum rubor præcedit, morbillos dorsi dolor prodit, utriq; abdominis adest cruciatus & febris, quæ in variolis synochus uniformis & conclusa quasi, in morbillis ardentior & quasi τεἰαιοφυές i. e. tertianæ æmula.

Tertium quoddam & *hermaphroditicum* eorum genus dici posset, quod quidem causâ & symptomatis & curâ cum utroque commune, cum neutro exactè convenit, id mali primùm hîc conspectum est anno 1656: Cum enim ab ipso Solstitio hiberno anni 55. ad sequentis æquinoctium vernum tempestas aquilonia sicca & frigida continenter grassaretur, eamque pluviæ postea plures cum tepidioribus Zephyris reciprocè exciperent, sub ipsum Solstitium æstivum tempore plurimùm Austrino passim invadebant infantes nostros variæ maculæ, quædam latæ rubeæque in facie primum conspicuæ, morbillis similes, quædam minutissimæ & puniceæ in dorso, lumbis & pectore prodeuntes petechiarum instar, quædam verò ad variolarum formam propiùs accedentes elevabantur

non-

nonnihil in acuminatas pustulas cum pruritu & fervore, sed mox iterum subsidentes per abscessionem epidermidis in squamulas resolvebantur: Quædam mox erumpebant 1. 2. 3. die, quædam tardiùs 7. 9. 11. vel etiam 14. demum die; supervenientibus gravissimis symptomatibus; delirio puta, inquietudine, æstu; sudore, epilepsia, tussi ferinâ & molestissimâ, punctionibus laterum, alvi profluvio modò bilioso, modò dysenterico: Vomitus à *principio* semper aderat, & oculorum rubor, cū lachrymis involuntariis, crassis lemis, palpebrarumque quadam quasi paralysi & conniventiâ, quâ per triduum ferè omnes laborabant *visu quodam modo destituti*, manus pedesque lancinantibus doloribus corripiebantur, ita ut & convalescentes de illa incedendi ac movendi impotentiâ sæpius quererentur; *Febris* continuè affligebat synocha, quandoque etiam intermittens, noctu potissimûm ingravescens cum deliriô & levi quasi furore; *Nausea* comes quoque individuus cum quadam in principio cardialgia; quam digitis interdum monstrabant; & hæc à vomitu plerumq; remittebat. Plurimum funestæ erant, præsertim sub canicula, & proletariis, qui negligentiùs tractabantur:

Diffi-

Difficilis reſpiratio, profluvium alvi ſinceri & diuturnum, cum □æ ſuppresſione ferè ſemper *lethalia* erant: Sudore copioſo, narium hæmorrhagiâ, alvi profluvio vario nonulli levabantur, accedente continuo bezaardicorum, cumprimis è Scorzonera petitorum, uſu.

Sed ut *morbilli* reſpirationis potiſſimum inſtrumentis; ita *variolæ* ſenſuum organis plurimum funeſtæ ſunt; Ab illis anno 1644. quosdam perpetuo aſthmate, tuſſi & macie laboráſſe, ac lentâ tandem tabe occubuiſſe memini: Puellam novi 15. circiter annorum, quæ omnino rauca exinde reddita, oborto in pectore apoſtemate claram vocem recuperavit, ſed ulcere iterum conſolidato, in priorem raucedinem denuô lapſa eſt, affirmare auſim, pulmones huic vitio maximè obnoxios ulceris iſtius hiatu commodè fuiſſe expurgatos & à ſuffocatione præſervatos, quâ miſerè periit infans quidam recens natus, & à Clariſs. Barthol. diſſectus, cujus thorax ▽ viridi repletus cernebatur. cent. 4. an. hiſt. 43. *Dyſenteriæ* & □*æ ſanguineæ* hîc lethales, quod dicto anno in cujusdam Muſici filiolis obſervatum. Sed *variolæ* oculos infeſtant & aures, palatum item & nares ſenſuumque externorum & internorum

Variolarum varia ſymptómata.

vigorem hebetant, ſenſum nonnunquam cum motu in artubus auferunt. Sic refert Tulpius L. IV. obſ. c. 51. ſuo tempore Variolas Epidemicas Harlemi multa millia hominum & Lugduni interfeciſſe, infeciſſe quemcunque obvium; & corpora adhuc â morbillis rubentia, cum febre ardente, ulceribus malignis actam perenni acrioris puris curſu; ut exeſis venis ac ſanguine carnibusque, imò ipſis osſibus vitiatis conſumtisque membra redderentur non tantum incurva, rigida, exucca; verùm etiam omni omnino motu deſtituta, ſuccedentibus oculi vitiis: Ulcera cacoëthea & gallicis ſolidas corporis partes peſſundantibus ferè deteriora itaque inferunt: hinc & empl. Vigonis cum ☿io aliaque ☿ialia quandoque profuiſſe conſtat ex Ballonio, referente ita Barthol. cent. 3. anat. hiſt. 79. Notavi anno 54. puerum, cui à variolis cranium exeſum erat pugni magnitudine, alteri in coccyge ulcus enatum ſerpens ac ſinuoſum: Cujusdam paſtoris filia ſexennis poſt variolas fluxu aurium & levi capitis ulcere correpta neglectaque in intenſisſimos dolores incidit, digito locum affectum monſtrat & fricat ſæpius, epilepticæque ſimilis huc illuc miſerandum in modum

volvi

volvitur, accedunt tumores in utroque brachio manibusque varii, molles ii quidem, sed nullâ ratione suppurabiles aut sanabiles, qui per intervalla cum eadem ferocitate recrudescunt. Sic è morbillorum reliquiis fungos per totum corpus erumpentes; cute quasi elephanticâ crustosâ observavit P. Borellus centur. 1. obs. 34. Pædarthrocacen quoque in pueris (spinam ventosilatis Arabes vocant) nonnullis productam esse, & scrophulas pustulasque incurabiles; multoties observatum. In Variolis Epidemicis 1660. Vratislaviæ grassantibus *Phosphorus* noster observavit eandem Pædarthrocacen in puello 6. annorum circa articulos humeri, brachii, carpi, femoris, tibiæ, tarsi, postquam variolæ cum nigris maculis præcessissent: Idē post easdem variolas in puello 2. annorum inductam vidit maxillæ inferioris cariem; & labiorum corruptionem putrefactionemque; in alio infante reliquerunt paralysin dextri lateris; alia puella 7. annorum, quæ prius expeditè loquebatur, post variolas penitus obmutuit, uti has observationes Vratislaviâ Litteris communicavit. Sed ista mala malè-curatis plerumq; supervenire solent ob malignitatem materiæ per convenientia remedia

non sufficienter eliminatæ. Hinc nonnunquam contra Medd. axioma quidam in declinatione mortui sunt. Confer Salmuth. cent. I. observ. 34. 35. Senn. d. l. *Atrocius* quoq; *laborant*, qui à parentibus lue Gallicâ infectis, & (quod mirum) fædâ scabie contaminatis aut scorbuto obnoxiis generantur, & qui adultiores sunt, ob cutis densitatem & ἀδιαπνευςίαν plerunque graviùs ægrotant tristiusque curantur: neque enim quispiam hîc *immunitatem* sibi polliceri potest, cum malum hoc nobis congenitum sit. Seb. d. l. Æthiops quoq; è nova Guinea 13. circiter annorum iis laboravit Suinfurti anno 1660. Quinquagenarium variolatum vidit Sebiz. disp. 3. de var. Andreas Wagner Lipsiensis 74. annorum senex morbillis correptus obiit anno 1656. Mulier Bononiensis Galla septies iis laboravit, & anno 118. ætatis suæ tandem eodem morbo periit. Borel. Cent. 3. obs. 10. Quædam tamen *præservatio* instituí potest vel ratione causæ, quæ avertenda venæsectione, purgatione leni (passulis lax. syr. ros. solut.) & jusculis alterantibus victuq; refrigerante (decoct. hord. cum CC. rad. Scorzon. & sem. fœnic. &c.) aut ratione contagii, quod studiosè evitandum: At si mali vi victus decumbat jam

Cura.

æger,

æger, *contemperanda* ſtatim prima iſta ſangvinis ebullitio & humorum efferveſcentia decoct. hord. c. CC. & *rad. ſcorzon.* quod multis indicationibus ſatisfacit (Barthol. ▽. ſ. frigidisſimam hunc in uſum laudat. cent. 3. anat. hiſt. 83. 89.) adjici poteſt ſemen aquileg. naſturt. fœnic. cum ficubus, quæ materiæ jamjam per cutis poros perrupturæ viam præterea aperiunt & tum laboranti & bene agenti naturæ omnibus modis ſuppetiæ ferendæ *pulvere ſcorzoneræ*, quo quidem in tenellis & delicatis nihil convenientius, vel cum aliis, lapide bezoar, CC. præparat. C. rhinoc. ſuccino terrâ ſigillatâ &c. exhibita : Pulv. Mant. p. Pannon. Spec. liber. tinct. ſem. & flor. aquilegiæ eadem poſſunt ; Sed inprimis hîc commendabilis eſt *fumariæ* & *pulſatillæ* uſus, quæ præter vim ſpecificam, quâ malignitati peculiariter adverſantur, materiæ peccantis motum ⊖e, quo recentes abundant, volatili mirum in modum promovent ; adeò ut â vulgo pro mali hujus *Panacea* habeantur, Anno certè 54. ejusdem caritas officinæ noſtræ tanta fuit introducta, (licèt illa non ſine magnis Amplisſimi Senatûs ſumtibus opiparè ſuſtentetur) ut aliunde illa petenda & vel tenella ejusdem germina ad uſum rapienda eſſent ;

Pulſat. illa. morb. illos. nõ parvos morbos, ſed morbos parvulor. ſat funeſtos. Fumaria *variolar. & morbillorum* Panacea.

ſent: Magni quoque uſus eſt aqua expulſiva D. Weckeri Archiatri Altenburgenſis:

Confer decoctum Experientisſimi Oberndorfferi ſupra.

℞. Ficuum pingvium n. 12.
Cicer. rub. lentium ā ℥ß.
Sem. aquilegiæ ℥ß.
rapar. fœnic. ā ℥j.
Affunde aquam aquileg. naſturt. calend. galeg. ā. ℔ß.
Stent in loco calido per noctem, manè deſtillentur per M. B. dulcoretur cum Syr. de fumaria, de ſucco acetoſæ.

Lentes autem non tàm ratione mucilaginis, qua efferveſcentis materiæ impetum quodammodo ſiſtunt, quàm pro retundenda malignitate proſunt, quod ſingulari obſervatione confirmat Salmuth. c. 2. obſ. 45. Confer Matthæi quæſtion. pag. 796. Extrinſecus cutim rarefacientibus quid tribuimus, ut ol. amygd. ol. è chamomill. & *hydræleo Sennerti* de febrib. p. 504. quo poſtremo etiam jamjam retrocedentes variolas revocari vidimus; non autem tunc locus eſt vino, nec cereviſiæ, quæ efferveſcentes humores potiùs agitant & inflammant,

Vinum nocet in variolis.

rant, & vinum semper noxium est, etiam Vinum, rubrum, quicquid hìc ogganniant scrapriæ aniculæ & Empirici, virtutis robur ex morbi motu, non more & malitiâ metientes; Novi, quibus vinum pro expulsione variolarum exhibitum erat etiam in parva quantitate, cum ad morbi statum res devenisset, eos ab interno morbi pariter & assumpti vini æstu vel statim in enormes vomitus & secessus quandoque nigerrimos ac fœtidissimos abreptos, successu temporis quasi torrefactos esse ac intabuisse, non aliter ac si per aliquot menses de furcâ pependissent, quæ quoque olim notavit Fernel. l. de abditis rer. causs. c. 12. Observavimus, subjungit Sebiz. d. l. vino intempestivè exhibito expirasse eos, qui extra omne periculum constituti videbantur. idem observavit Forest. l. 6. obs. 41. & 46. Confer *Phosphori* nostri Ampelogr. p. 208. Eodem nomine *stragula* damnamus & *calorem nimium*, quibus ægri tantum abest ut leventur, ut potius iisdem nonnunquam penitus suffocentur: qualem Tragœdiam in prioribus Comitiis Ratisbonæ excitavit Italus quidam parum doctus, multum verò sedulus, qui Illustriss. quendam Polonum eo modo officiosissimè interemit. Horst. Epist. Anat. p. 25.

rubrum scil. prodest, vel quà vinum, sed id hic noxium, quia calidum; vel quâ rubrum, & sic alia substitui commodè possunt decocta alexiteriar. è conserv. ros. r. fumar. fl. aquileg. r ad. acetos. acetosell. &c. granis chermes succ. rub. idæi, granatorū & c

p. 25. μηδὲν ἄγαν, inquit Gal. 12. M.M. c. 1. ne quid nimis. *Vesicatoriis* hîc quoq; ceu in aliis morbis malignis utimur, ubi terribilia urgent symptomata. Laborabat An. 1661. primarii cujusdã viri filia morbillis ob crassiorem corporis habitum difficulter prodeuntibus, & aliquoties in delirium rapiebatur quasi furiosum cum summo æstu, siti, inquietudine, decoctum Scorzoneræ solummodo admittebat & Emulsionem ex eodem cum sem. ejusdem &. sem. napi, nasturt. Card. bened. aquileg. & melon. paratam. In præsentissimo periculo vesicatoria suris utrinque applicata, quietem conciliarunt & omnimodam morbi remissionem; sed, quod notandum, ab ista applicatione Urina statim suppressa, ablato autem vesicatorio, ruptisque vesiculis liberè iterum prodiit.

Vesicatoriorum usus.

Observatio pro chirurgis.

Moneo hîc Chirurgos, ne *ulcera* ejusmodi *variolacea* leviter curent, aut tumores, aut maciem paresinque artuum vulgari modo tractent, cum malignitas hîc adsit, & cancrosa sæpe qualitas, quæ ab unctuosis & emplasticis exasperatur, abstergentibus autem, exsiccantibus & specificâ virtute pollentibus convenientissimè corrigitur. Naso exutos, labrisque & facie

çie exesos esse ab ejusmodi tonsorum perverso curandi morbo manifestum est. Salmuth. Cent. I. obs. 71. *Oculis* non statim imponent collyria ex adstringentibus frigidis: ita enim multos excœcatos novi, nec capiti, auribus, cæterisque partibus validè *repellentia*, ne materia intrò versa vel in capite scabiem producat ferinam, aut ulcera perpetuò manantia, aut his longè graviora mala, epilepsiam puta, convulsiones, dentium aliarumq; partium vagos dolores aut tumores nodosque inemendabiles, de quibus paulò supra: Fomes sc. mali alexipharmacis & diaphoreticis denuò extirpandus, idque repetitis vicibus. Confer Borell. d. l. Ego cum successu usus sum seqq. remediis:

℞, Rad. Scorzon. tormentill. aã. ʒij.
Sarsaparill. ʒis.
C. C. phil. præparat. Terræ sigillat. aã. ʒi.
Liquirit. ras. Succin. alb. præparat. aã. ℈ij.
Cons. Ros. antiq. ℥s. M.
S. Spec. zum gesottenen Wasser.

In forma pulveris sæpius quoque exhibui rad. scrophular. ocul. ♋. & ⌽ ♁atum, præsertim, ubi ulcera dysepulotica erant: Extrinsecus pulvis inspersus scrophular.

pompholyg. Balſ. 🜍ris & empl. ſtictic, Croll. cum Ungv. Apoſtol. & diapompholygis vel Empl. dia🜍. Rul. cæteris omnibus præſtant In contumaci oculorum fluxu cum albugine ſcarificationes ſcapularum multum profuére etiam in minorennibus.

Roſaliæ. His affines ſunt *Roſaliæ*, quæ aliàs Germaniæ noſtræ incognitæ in Italia olim hoſpitabantur, ubi variolarum inſtar tàm familiares eſſe pueris dicit Prosper. Mart. comment. in Hipp. p. 308. ut nullus eas evitare poſſe credatur; ſed fœto hoc & fœcundo morborum ſeculo, anno nimirum ſupra milleſimū ſexcenteſimo quinquageſimo ſecundo primùm hîc conſpectæ ſunt, maculæ dilutè rubentes ſeu flammeæ roſarum inſtar, à quibus & nomen mutuatæ ſunt, ſparſim quidem tertio vel quarto die morbillorum inſtar prodeuntes, ſed his longè latiores & coadunatæ aut dorſum, aut brachia, aut femora inſtar eryſipelatis totaliter occupabant, in pectore caloris nativi fonti admodum propinquo ſæpè lethales erant, quædam hæmorrhagiâ judicatæ, quibusdam diarrhœa proficua erat, plurimis epidermis eo in loco, ubi effloruerant roſaliæ, abſceſſit, quibus alexiteria quoque profuére ſæpius

com-

commemorata, inprimis verò pulvis bezoardicus confortans Venerandi nostri Præsidis, qui in Officina nostra prostat;

℞. CC. philosophicè calcinat. ʒj.
♁ii diaphoret. gr. XII.
bezorad. mineral. gr. xv.
rad. contrajerv.
lapid. bezoard. or. ā gr. xvi.
magist. perlar. ℈i.

Trita inebrientur mixtura simplici & lentè iterum siccentur, addendo Rotul. è Confect. Alkerm. ℥s. M. Scorzonera quoque commodissimè addi potest; sed de his videatur disput. Lipsiensium de Purpura eo demum anno habita, Philipp. Ingrassias de tumoribus, & qui omnium fusissimè de iis egit Severinus de recondita abscessuum materia capite peculiari &c.

Ejusdem farinæ morbus est ille novus *Febris puerperarum*, *miliaris* dictus, & ab Excellentissimo Viro Dn. Gothofredo Welschio P.P. in incluta Philurea & Practico celeberrimo accuratissimè delineatus cū solerti causarum deductione & cura, quam itidem scorzonera nostra multoties exornat &c. *Febres puerperarum, das Rieseln.*

Leviora quidem, sed malignitatis non omnino expertia sunt tubercula ista acuminata sub habitu variolarum à levi san- *Tubercula acuminata.*

gvi-

gvinis ebullitione è cute prorumpentia,& ob ichorem salsum pruriginosa brevique ac ab unico sæpe sudorifico iterum evanescentia, quibusdam die Spitzbocken/ Silesiis das Ungeheuer / malum ferè ἀπύρετον, quod anno 1649. medio vere pueris nostris frequens erat. Latiores quidem his, sed minus acuminatæ parumque pruriginosæ pustulæ sunt *crystalli* dictæ, lupini albi magnitudine, Schaffsblattern/ quas anno 50. hîc quoque vidimus explosa pauca aquositate citissimè disperire: *Rubeolæ* item, quæ eodem anno morbillis superveniebant, iisque vel rosaliis propiùs accedunt, cum calore tussique invadunt, sparsim quidem primô, sed coëuntes postea totam quandoque dorsi pectorisque regionem, manus pedesque latissimè corripuerunt, idque ferè sine sensu breviterque in squamulas minutissimas iterum evanuere, vulgò vocantur der Ansprang/ rütteln / rötteln / rüssen.

Crystalli Schaffsblattern.

Rubeolæ.

Essere autem Süren / vel ut nostri vocant, Rürein / febrium putridarum & quandoque malignarum comites sunt ac salsi nitrosique humoris in halituoso corpore facta sublimatio, nonnunquam contumaciores sunt & scorbuti soboles, de quibus Pravvizius in scorbuticis. Familiare

malum

malum *Plethoricis* à nimio motu & potu, cœlo cumprimis æstuante; cætera sanos quandoque corripit, hinc Divis adscriptum velut θεῖόν τι, interque illos Quirino vel glorioso hujus morbi apotropæo (singulis n. morbis sanctos suos averruncos esse superstitiosa credidit antiquitas) quòd præsentissimum mali remedium ostenderit primus, usum sc. vermicularis herbæ in agror. marginibus, glareosis campis & murorum ruderibus passim obviæ, cujus ▽ stillat. haustâ vel succo rec. expresso statim sedatur malum hoc prolicito convenienter sudore.

In *sudore Anglico* præstantissima est Tinctura nostra bezaardica è mixt. s. composita, ut & in *febri epidemiali cum catarrho conjuncta*, im Zipf oder Schafshusten: Sæviit lues hæc in priori seculo aliquoties, & furiosi turbinis instar brevi iterum desæviit, ut testatur Wittichius in Consil. German. Sennert. de febrib. & alii. Sed pertinacius incubuit climati nostro plaga hæc anno 1657. ubi ab æquinoctio verno austrinam mollitiem aquilonaris rigor cum acerrimis ventorum flatibus exciperet; Gravedo, tussis cum raucedine & oculorum lachrymis morbi incunabula, mox horror sequebatur cum æstu, siti, vigiliis,

lato-

laterum dorsique punctionibus vagis, no-ctu delirabant ægri, sæviebant nonnulli; plurimis vomitus aderant salsi, æruginosi nonnullis diarrhœa symptomatice superveniebat, & hi gravissimè laborabant; anginæ, tumores tonsillarum oculorumq; aurium tinnitus, hæmoptyses, manuum pedumque molestissimæ convulsiones, malatum frequentissima; à sudore & narium hæmorrhagiâ plerique levabantur; ut & medicamentorum bezaarticorum ac thoracicorum ope, ac tum demum nobis hîc nata jam laudata Tinctura; Vino; venæ sectione & purgantibus hîc noxiis omnino exclusis, cum urgentis malignitatis major semper sit habenda ratio.

CAPUT VIII.

USUS IN MORBIS mal. citra febrem.

ATque hæc de *malignitate ex humorum corruptione cum febri* in corpore nostro exortâ, ejusque curatione beneficio Scorzoneræ potissimùm peractâ. Ejusdem autem non minor est energia, virtus & efficacia in quibusdam morbis *citra febrem* invadentibus, suo modo tamen & peculiari pravitate formidandis, epilepsiâ, mania;

iâ, *convulsione*, uteri suffocatione &c. suffi-
iat hîc unicũ hujus rei *specimen*, cujus gra-
itatem adhuc dum horresco, malo autem
d verbis Amplissimi nostri Præsidis, qui
rior calamitatis hujus spectator adfuit,
ecensere: Barbara Nicolai Schnetters
'ietoris filia 14. annos nata, mensesq; non-
um experta, in ipso festo Circumcisionis
Domini ineunte novilunio anni 1644.
cœpit epilepsiâ laborare crebertimis pa-
oxysmis indies recurrente, & extrema
olum membra affligente, febris aberat,
præscripta antepileptica varia, aq. Lang.
um magist. perlar. corall. r. balsam. succ.
: ol. rutæ ad nares, intermittebat per 2.
lies, postea mitior redibat, plerumque à
rebrâ oscitatione incipiens, de fame sem-
per conquerebatur; d. 11. & 12. Jan. (cir-
a plenilunium) miræ in ea conspicieban-
ur convulsiones, multum discrepantes
ab insultibus istis epilepticis: itidem tum
præscripta antepileptica è cinnab. ☿ii
ran. humano philosophicè calcinato, e-
ectè conserv. fl. lavend. Theriacâ & lauda-
no perlato, tinctura ☽æ &c. Sed frustra;
primò autem pars corporis superior ut
pectus cum capite præter voluntatem in
altum elevabatur aliquoties, dorso postea
lectum concutiens iteratis vicibus cum
vali-

Observatio.

Convulsiones miræ & stupendæ.

validisſima concusſione & jactatione, deinde ad inferiorem lecti partem ſe conjicit, pedes jactando versùs caput, **daß ſie zwifach zuſammen lag** / capiti poſteà inſiſtens, reliquo corpore extenſa manet & rigida erectaq;, **ſtehet ufm Kopff** / tandem ſupinæ jacenti genua ad faciem reflectuntur, pedes verò ad nates, ut calcanei eas attingeret, **daß ſie dreyfach zuſamen lag**. Pedes frigidi ſunt, interdum celerrimè & creberrimè ſe circumvolvit: Convulſio quin etiam abdomen invadit: venter enim inferior cum tenſione & rugitu elevatur, qui poſtea adſcendit ad diaphragma & pectus, illud elevans, iterumq; deſcendit: Paroxysmis & convulſionibus (ſimilibus omnino circulatorum & funambulonum geſticulationibus) ceſſantibus quieſcit, de lasſitudine conquerens & brevi redeuntem paroxysmũ expectans: aliàs de nullo dolore conqueritur, & nocte planè immunis eſt ab ejusmodi inſultibus, in paroxysmo nihil aut parum loquitur, quamvis poſſit, audit & intelligit alloquentes, ratione nimirum conſtante, meminitque eorum, quæ acta ſunt. hactenus Dn. D. Bauſch. Ad ſtupendum hoc ſpectaculum morbi die 19. (pridie enim Cal. Jan. ægrotare cœperat) quarto po

plen

plenilunium in consueti paroxysmi initio accersitus & ego, observavi primô non nullam capitis antrorsum factam contractionem (ἐμπροσθότονον Graeci vocant) digitorum tremorem, mox eorundem compressionem, ipsa paulùm manibus propriis sublevata, quater se projiciebat in superiorem spondæ partem, **aufwarts zun Haupten** / ubi, ne læderetur, cervical oppositum erat, idque tanta cum violentia, ut tota domus tremeret, postea repebat deorsum per lectum, **zun Füssen** / & protentis pedibus ad posteriora reflexa subitô è lecto prosilit gesticulatorum more neutiquam hallucinata, quem eâdem alacritate mox repetens pedes faciei circuli in modum applicabat, quo tempore increpata, ut tranquilla esset, se non posse, respondit, ob insignes, quibus cruciaretur, dolores, qui nullo alio modo sedarentur, nisi miris ejusmodi gestibus, & sicubi vi ab adstantibus detinebatur, enecari se miserrimè clamitabat, resoluta vero pedibus sursum elevatis, manibus capitique fortiter innixa inversum hominem repræsentabat, **setzt einen Stürzbaum** (Ital. capitombolo) idque sat diu, firmiterque, & in isto actu posteriorem indusii partem per interfœmineum tractum

G den-

dentibus mordicùs apprehendebat, ut pudenda tegerentur, & adſtantes parentes aliique, qui magno ſæpe numero rei novitate excitati advolârant, non offenderentur: Mox iterum dorſo incumbens, rotæ inſtar in gyrum aliquoties citisſimè volvebatur in lecto, non ſecus ac ſi teres ac rotundum corpus ab opere automato, aut externo quodam movente circumagitur, quâ rotatione quater aut quinquies repetitâ in faciem prorubeat, & crebris ſuſpiriis editis profundè reſpirabat: Finito ita paroxyſmo conquerebatur de omnium membrorum lasſitudine. Principium morbi ſe præſentire dicebat, cum interiora omnia æſtuarent & quaſi ebullirent, procedere tum æſtum iſtum ad exteriora, quæ deinde ſenſibiliter convellerentur, & violentos iſtos motus ſuſcitarent: Singula commemorabat, quæ in paroxyſmo acta erant, admodum famelica erat, & obvia quæque pro paſtu rapiebat, nonnunquam aphona facta cretâ in menſam ſcribebat, quæ fieri vellet, ſubſultabat ſæpius per pavimentum eorum modo, qui choreas S. Viti ducunt, aut à Tarantulis demorſi ſunt, mox ad colum penſumque reverſa alacriter münia domeſtica obibat, nihil omnino mali ſu-

ſpica-

ſpicata; ſed derepente & præter omnium expectationem iterum incalamitates iſtas abripitur. Sudor copiosè provocatus & Natura per *Specifica* à Marpurgenſibus Medicis olim in convulſivo morbo cum delectu præſcripta interna & externa convenienter roborata; rudimenta quidem mali nonnulla pòſt apparuêre, ſed levia: neque enim in conjugio jam diu conſtituta, & aliquot liberorum mater iſtiusmodi mali quidpiam ampliùs perſentiscit. Ejusdem farinæ ægrotantes hisce annis hîc vidimus plures, qui omnes eodem modô curati, ubi tamen loco antidoti Marpurgenſis *pulvis antitoxicus*, *Mantuanus*, qui Scorzonerâ prægnans eſt, & *aquâ antiſpaſticâ* D. Dravvitii Practici Lipſienſis ſolertisſimi ab autore candidè communicatâ cum ſucceſſu uſus ſum ſpinæ dorſi, partibusque ſingulariter affectis probè illitâ, quæ

℞. rad. angel, ireos illyr. ã ℥iſs, r. peucedani ℥j.
Herb. puleg. chamæpit. ã miij.
Flor. primul. veris, chamomill. ã miij. hyper. mij. anthos, lavend. ã mſ.
Raſur. l. ſaſſafras, caſtorei ã ℥j. Baccar. lauri ℥ſ.

 Hisce

De diebus Criticis. In variolis ab undecimo declinatio incipit, & in tertiã plerumq; septimanam extenditur; In morbillis autẽ & tempus ebullitionis & eruptionis ob materiæ subtilitatem brevius, ac septimo fere dispa-rent.

Hisce ſuperfunde ſpir. lumbric. qui ter aut quater prius, novis tamen ſemper & vivis lumbricis additis, rectificatur, deſtilla denuò per cucurbitam. Confer Horſt. de morbo convulſ. & laudatum Dravvizium in tract. Germ. de ſcorbuto.

Obiter hîc notandum, de vi & efficacia *dierum Criticorum* multos multa dicere; ſed ex reliquis *quartum* in febribus continuis, & quartam periodum in intermittentibus maximè obſervabilem eſſe, ἐπίδηλον ϗ̀ θεωρητὴν. Hipp. 2. aph. 24. Id *enim Naturæ ſolenne, morbi modum moresque in quarto prodere*: ſic variolæ, ſic morbilli & petechiæ quarto plerumq; prodeunt, quarto judicantur peracuti, nec quartus eſt index ſeptimi, quod dicti aphoriſmi interpp. cum Galeno autumant; ſed τῶν ἑπτὰ vel ex ſeptem diebus, vel cujuslibet ſeptimanæ quartus (qualis ex mente Hipp. eſt etiam undecimus & 17.) manifeſtis ſignis *futuram morbi hiſtoriam* vel *longam* vel *brevem* denuntiat: ſic ſangvinis ſtillæ in primo & ſecundo, quarto (qui eſt * undecimus ſequentis ſeptimanæ) ſunt funeſtæ, ut & febres ac vomitus capitis vulneribus quarto ſupervenientes; Urinæ contra excretio in quarto ſalutaris &c. Sic convulſiones quar-to

* *Hipp. 8. aphor. 3. & 6. aph. 50. & 2. Prædict. ſ. 2.*

to plerumque die redire solent, quod in morbo quoque convulsivo frequens, ut ex præcedenti casu patet. Quarto febris puerperarum, lactaria dicta, oritur; quarta septimanâ menses prodeunt; quarto mense embryo movetur; quarto trimestri naturaliter editur &c. Cujus quidem rei ratio, ut obscura; ita res ipsa in se vulgo quoque nota: Hinc celeberrimus Georgicorum Scriptor colonis suis id sedulò inculcat, Si, inquit,

Luna ortu in quarto (namque is certissimus index)
Pura nec obtusis per cœlum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluviâ ventisque carebunt.

Virg. 1. Georg. v. 432. Tertia & quarta qualis, tota Luna talis.

Et *quartâ Lunâ nati* veteri proverbio infelices & convulsionibus obnoxii ferebantur, velut Hercules, à quo morbus sacer ipsi familiaris Herculeus dictus fuit; Lunam autem pro die sæpius accipi multis exemplis probat Rhodius in Notis ad Scribon. p. 41. Confer Sennert. Instit. p. 767. Lev. Lemn. 1. de naturæ mirac. 8. Keckerm. phys. l. 2. c. 4.

Scorzoneræ Usus in Epilepsiâ.

In *Epilepsiâ uterina* maximoperè extollitur Scorzonera ab Sennerto l. 4. prax. p. 267. eò quòd non tam cerebrum, quàm uterum confortet, & diuturnas obstructiones reseret. Videatur etiam Taber-

næm. Neuen Wasserschatz / ubi Scorzoneræ usum in epilepsia, melancholia, mania aliisque affectibus passim commendat, præsertim p. 108. 139. 143. 377. 445. 454 &c.

In S. Viti saltu. Simili modo & S. *Viti saltus*, quem in priori casu attigimus, & ab esu radicum * hyoscyami subdulcium, tempore caritatis annonæ assumptarum, excitatum novimus, & *Tarantulæ venenum* eadem profligantur; sed hîc inprimis laudatur aqua Vitalis *Epiphan. Ferdinandi* expertissimi Scriptoris, quam ex ejus histor. 81. tradit Senn. l. 1. prax. p. m. 448. *Scorzonera* itidem nobilitatum.

In Melancholia. In *melancholiâ* per *consensum* præstans est vinum, quod

Rec. rad. filicis, *Scorzon.* ā ℥ij. Cortic. hell. nigr. præparat. ℥j.
Scolopendr. Ceterach. melissæ ā mij. flor. borrag. miij.

* Hyoscyamus παρακοπὴν τοῖς μεθύουσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει. *Insaniam ebriis similem infert. Dioscor Hospes quidam paganus cum Conjuge rad. hyosc. ab se lectas pro rad. petros. devorantes in inconditos clamores, vociferationes & percussiones mutuas abrepti sunt, à sopore tandem resipuere adhuc superstites.*

Cus-

Cuſcut. miiij. epithymi. ℥s. Fol. ſenæ
ſal. ℥iiij.
Paſſul. minor. ℔iij. Cort. citri. cinam.
ā ℥s.

Inciſa indantur doliolo capienti menſuras vj. Sumatur exinde primus hauſtus in prandio. Huc pertinet quoq; *electuarium de Scorzonera* Mynſichti ſupra traditum, & *Claretum chalybeatum* ejusdem, quod

℞ Vini malvat. opt. ℔iij. chalyb. c.
♁tamar. præparat. ℥i.
rad. Scorzon. acidi ♀ri ā ℥s. Ga-
lang. minor.
Caſſ. lign. caryoph. ā. ℥j. M. & digere
per biduum.

Quin & *extrinſecus* prodeſt e. gr. ad *prohibendum Sphacelum* in febb. malignis. *In gangræna.*

℞. Lixivium forte, in quo ſcord. rad.
Scorzon. vincetox. ebullierint, lo-
cum affectum ſc. eodem lixivio calidè
fovendo, Hartmann. in prax. p. 242.

Nec enim hic, ut in aliis inflammationibus repercutientia frig. proſunt; ſed potiùs Spir. Vini (οἶνος ἀπεζεσμένος) c. caſtoreo, myrrha, ruta, & jum dictis calidisſime impoſita, ſæpiusque repetita, nec pars ſphacelata ſtatim amputanda, niſi internis probè ſit proſpectum, & gangrænæ (quæ plerunque in adultis, ac ubi debilis *οἶνος ἀπεζεσμένος.*

 calor

calor in artubus à malignitate jam opprimitur) remittentis manifesta signa adsint: Succumbente enim Naturâ frustranea est omnium medicamentorum administratio. v. supra.

CAPUT IX.

Παρέκβασις.

Digressio de Serpentibus.

SEd quoniam vox *Scorzo*, Corso, scurzo & scorzone olim (licet ex crasso errore) generale *serpentis* nomen erat, quod ex Gesneri tract. de serpent. in pluribus locis, præsertim vero pag. 1. alibique videre est; iccirco & in genere quædam hîc *Curiositatis* ergò adjicere visum est: Horremus certè Naturâ omnes omne *serpentum* genus; & novi ipse virum sat strenuum, militemque imperterritum; qui quoties fortè in serpentem incidit, ilicò obmutescit, & ex pavore quasi Panico ferè exanimatur, adeò ut oculis clausis præcipiti quandoque fuga periculum vitæ incurrat, *sive* id fiat ex justo odio & ob maledictionem divinam, quâ sapientissimus Conditor inimicitiam posuit inter hominem & serpentem, seu antiquum illum Draconem Satanam, qui sub serpentino schemate protoplastas nostros cum omni posteritate sua in extremas miserias conjecit.

Pedibus timor addidit alas.

Manet

—— *Manet altamente repoſtum* Gen. 3.
Exitiale ſcelus, tantique injuria lapsûs:
Unde & Latinis proverbium natum: Cane pejus & angve odiſſe;

Sive ob venum illud & dirum virus naturæ noſtræ tam infeſtum & funeſtum, cujus peſtiferam noxam meritô fugimus in ſerpentibus & percellimur, quoties tragici illius caſus & hujusce veneni memoria in ſerpente fortè conſpecto nobis refricatur: quod præter experientiam dudum quoque prodidit ſummus Hippocr. de humoribus: Ὄφισ ἐξαίφνης ὀφθεὶς χλωρότητα * ἐποίησε i.e. *Serpens derepentè viſus* pallorem inducit: adde & alia graviora exinde dependentia mala. Anno 1641. d. 13. Aprilis, dum Patavii ſtudiorum gratia commorarer, Mercator quidam Tirolenſis ex impulſu potisſimum uxoris ſuæ, perverſæ Curioſitatis Fœminæ, Pharmacopolium Macopæum viperas ſpectandi causa ingreditur, eas autem tum magno numero ciſtæ incluſos pro pa-

* *χλωρὸν & viride & pallidum denotat: utrumque hîc locum habet, utpote in metu perculſis; & tales quoque apparent, qui pulvere viperino prophylactico crebrò utuntur. Tales quoq; Virgines, quæ febri amatoria laborant, quæ ideò χλώρωσις dicitur.*

randis exinde *trochiscis viperinis* juſſu magiſtratus ad conſuetum Medicorum examen usque aſſervârat Dn. Macopi Pharmacopœi famigeratisſimi ſucceſſor Johannes Fabricius Colonienſis) quas cum tanta copia mirisque gyris ſese erigentes & ſibilantes, vel ut appoſitisſimè Maro,

Tollentesque minas & ſibila colla tumentes

conſpicaretur Mercurialis ille pullus, ſubitò exanimatus concidit, & febrili horrore concutitur, ac licet in ipſa ſtatim officina à Pharmacopœo & advolantibus præſtantisſimis iſtius loci Medicis præſentisſimis quibusque & ſelectisſimis remediis diu multumque ſummo curaretur ſtudio, tandem tamen pro deplorato domum deportatus eſt, teſtaturque *Barthol. Senior* in Phyſicâ ſpeciali c. de venen. paſtori cuidam oſtio ſuo incubanti ſubitò alterum latus paralyticum, & ejusdem lateris barbitium canum redditum eſſe, ob latens in internâ oſtii parte exitiale ſerpentis genus. Potuit tamen hîc *malignum* ex viroſo animali *effluvium* ſeu ἀπόῤῥοια; ibi autem corruptio humorum in cauſa fuiſſe, quia cæteris adſtantibus & Duci uxori, nobisque ipſis aſpectus iſte nil quidquam damni attulit. Ingeniosè hanc rem pro more *determinare* videtur *Libav.* l. 1

ba

ierach. schol. ad cap. 17. si quis Rubetam
oceam deformem diutius adspexerit,
ianquam optimè sit coloratus, tamen
allidus & lenticulosus tanquam ictericus
ficitur, restituitur autem intuitu cha-
ndri, inquit Porta l. 5. phytog. c. 4. & 6.
ihi quidem sat prolixa contemplatio
im liberæ, tùm affixæ palo, atque etiam
actatio nihil intulit incommodi: sed
ormidolosis, quique facilè animo moven-
ir & passionibus obvii sunt, seu expositi
xternis injuriis ob temeritatem Naturæ
l evenit magis. Puto autem non tantùm
culorum Spiritus vitiari, dum cum ima-
ine hauritur etiam nonnihil halituum
enenosorum, maximè cum oculi appli-
antur oculis, & bufo contra tendit aciem
arenter, sed & vapores noxios cum aëre
nspirari: Obliteratâ postea attentione
er aversionem mentis ad aliud objectum,
piritalis noxa facilè evanescit. An verò
netus & formidolosa species pallorem
xprimit? Animi motum humores revo-
are ad cor in isto affectu constat; sed hoc
acto cutis pallescit: Verisimile hoc sit
estitutionis facilitate: nam cessante
netu tanquam causâ mutati coloris, re-
lit constitutio prior. Hactenus Libav.
Constat etiam, *in peste* maximum pericu-
lum

lum imminere iis, qui maximè pavent; præsertim ubi fomes mali in corpore præsens est, qui ex subitaneo pavore agitatus cor vitæ arcem facilè occupat: Nec enim sola hîc sufficit *audacia*, quâ freti potissimum Turcæ innumero quandoq; numero, (uno die, 1000. vel 1200. obiére Byzantii, teste Busbequio epist. 4. eoq; audacissimus ipsius Medicus Quaquelb.) pestifero contagio conficiuntur; nec *fiducia* in pulvere prophylactico viperino quæsita, quod D. Zvvelfferus d. l. innuit, quâ duo circumforanei nimiùm elati & à serpentib. demorsi derepente occubuissent, in viciniâ nostrâ, nisi aliis alexiteriis ipsis in tempore fuisset prospectum, ut testatur Excellentissimus *Schnitzerus* Archiater Bambergensis in cista Medicâ p. m. 83. & *Macop. junior* Pharmacopœus solertissimus in solenni viperar. pro Theriacâ præparatione, quâ in præsentia aliquot Medicorum, Illustrium Nobilissimorumque Studiosorum coronâ caput & cauda viperis amputaretur, cum caput quoddam abscissum de tabula dejicere vellet, & morsu ejusdem tantillum in pollice læderetur, in febrim statim incidit, & licèt à præsentibus Medicis præsentissimis remediis nonnihil levaretur, lentâ tamen tabe pau-

) pòst in thermis Aponitanis expiravit. Confer quæ Phosphorus noster in addita-nent. Gammarol. p. 884. & 934. de hoc iperæ morsu habet. Insignis autem *in ca-ite vivacitas*, quod præ cæteris expertus st ille fœnisecа apud Matthiolum, qui um inter demetendum falce sua viperam orrè dissecaret, & eam partem, cui ca-ut annatum erat, pro mortua manu pprehenderet intrepidus, fera irritata apite vibrato digitum ejus momordit criter, quem, ut fieri solet, dum ori dmovet, sanguinem saniemque expres-irus, repentè mortuus est, & auda-issimus quidam viperarum venator* ex gro Patavino, dum in sinu gestaret vipe-am à se captam, lapsusque in via à re-enti pluvia diluto luto lubricâ eam pre-ieret, in signi morsu circa pectus percus-is statim obiit. Sed plagam hanc non tam eræ *virulentiæ*, quàm ejusdem *iracundiæ* ribuere volunt cum Helmontio nonnulli, egantque ullam nocere posse viperam, isi iracundiæ œstro percitam, quod ta-nen vix fidem mereri videtur, cum sponte sua

* Capiuntur viperæ *frequentes in monti-us Euganeis, dum ardorem Solis fugientes, re-entes salicum cortices in umbrosis locis insidi-sè dispositos avidè ingrediuntur.*

sua obvios & quandoque dormient morsu appetant, quod Monardus aliiq observârunt, nec dentes isti falcati, q tales, repentinæ necis causa sunt, cùm dentur alii serpentes feræque majorib dentibus minusque lethiferis instruct sed quia ex substratâ vesiculâ venenati ex viroso animali: hinc ejusdem punct ra longè perniciosior, quàm reliquoru serpentum: quin *mortuæ* quoque & excor atæ viperæ noxiæ perhibentur à Claudir de ingressu ad inf. p. 456. & Bald. An Abbatio tr. de vipera p. 16. & nos seriò ipsum monuit solertissimus harum reru indagator Joh. Veslingius Prof. Patavin celeberrimus, historiâque memorabi confirmavit Agricola in obs. in Poppiu p. 1. p. 248. At quis in demortuis iracu diæ locus? Viperarum veneno tela oli illinebant barbari, quod supra è Curti quoque allegatum; sed illud virus erat a animali dudum enecto: Sic Galenus e *vini viperini* usu multos interiisse scribit l. de caus. sympt. c. 7. & lib. 3. de locis ca 8. Profuit id quidem elephantiacis, se singulari malignitate præditis. Idem l. 1 Simpl. c. 1. Profuit id ipsum Anglicis P ficompsis, quod Zvvelffer. testatur d. l. se id fortè soli viperinæ carni eique præp

atæ infusum, quod Claudinus dicto loco
ræcipit, & pulchrè describit Zvvelfferus
. l. p. 215. Confer. Mercur. de ven. c. 20.
go verò tàm anceps remedium à paucis
actenus usurpatum non temerè exhibe-
em, nec *pulchritudinem tanti emerem* aut
mendam consulerem: Fateor equidem,
ulta remedia eaque nobilissima ex vipe-
is confici; sed capite & caudâ truncatis,
d vario modo præparatis, quod adducti
utores, præsertim Claudinus, & novis-
mè Zvvelfferus dd. ll. prolixè docent,
aque ex nostris quidam serpentibus pa-
ant, quod tamen Itali viperas suas tam
nxiè tantoque studio quærentes dudum
nprobârunt, ut ex Leoniceno aliisque
anifestum est: quid quòd & viperæ in
ermania reperiantur, quas in agro Gro-
ingensi venatus est Glandorp. Spec. Chi-
irg. p. 246. hinc & Germanicum no-
en invenêre Brandschlangen / ex
rdore & siti, quos morsu inferunt, & for-
isse idem noxiorum serpentum genus re-
eritur in Dietmarsia, de quibus paulò in-
a; sed utinam illæ non nascerentur in
ermania: non enim dolendum esset (lo-
uor cum Leoniceno Italiæ suæ fata con-
uerente) nos eo carere serpente, quo etsi
liquando ad hominum salutem uti pos-

sumus,

ſumus, ſæpius tamen is ſuo veneno noxius eſt quàm remedio ſalutaris. d. l. Et remedia iſta quantumvis ſalutaria, ſola tamen non ſufficiunt; ſed aliis præterea armis pugnandum adverſus inimicum tam capitalem, *citisſimis ſcilicet ligaturis, ſcarificat. cauteriſationib.* (quod Monardus quoque inculcat) venenum cum ſanguine cucurbitulis extrahendum aut pulli columbini aut gallin. podice. non ore exſugendum (quod quidem impune feciſſe dicuntur Pſylli olim & Marſi Circes progenies, ſi fides hiſtoricis tribuenda) vel ſi lubet, & membrũ læſum ſit ignobile, id ſtatim amputandum; quod vinitor apud Galenum l. 3. de locis aff. c. 8. pollice auſus eſt: ulceri diu cum reliquis imponenda *theriaca* vel, ſi haberi poteſt, *ſuccus ſcorzoneræ* ac intus omni alexitericorum ope luctanti animæ ſuccurrendum. Caſum ab ſerpente demorſi, ejusque curationem vide apud D. Balth. Timæum in obſerv. p. 323 verbaſcum minus laudat Borell. l. 1. obſ. 33. Quin & *vipera* ipſa adverſus ſe ipſam *antidotus* eſt præſtantisſima, ut infra dicetur cum pleraque *venena* ſibi ipſis aliisque ſui generis venenis ſint *venena*, φάρμακα φαρμάκων φάρμακα, & ubi *virus*, ibi virtus; ubi morbus, ibi & remedium; ubi mors, ibi & via

vita, sapientissimo Dei consilio, reperiantur: quod disertissimè prosequitur Petræus in oration. de ven. & alex. conjunctione Nosol. alteri parti annexa. Videatur quoque Galen. l. de Theriac. ad Pison. c. 12. & 13.

Sic *therma* & *acidula*, quos morbos suscitant, eosdem & sanant: sic vomitus vomitu, diarrhœa, & dysenteria alvi profluvio quandoque curantur: imò morbus idem alteri morbus, & mors alteri vitá & virtus est, sæpeque ab inimico salus petenda, quâ in re multus est Plutarchus in singulari quodam & percelebri tractatu: Sic memini, qui ex brachii fracturâ ob sinistram ossium repositionem ad ejusdem extensionem ineptus, cum denuo idem brachium frangeret & probè restitueretur, omnia postea munia sano similis dextertimè perageret. Sic Jason Phæreus clam gladio percussus pertorato apostemate insanabili sanitati restitutus est, autore Val. Maximo l. 1. c. 8. Cic. l. 3. de Nat. D. c. 28. Cont. Donat. hist. med. mir. l. 6. c. 5. sic supra raucedinem ex morbillis obortam auferebat ulcus in thorace natum. Sic mulier prope Ticinium in Italia Ischiatica. A. 1621. frustra tentatis remediis, cum postea impuro concubitu bubonem gallicum con-

traxisset, ad aperto bubone non solum exivit virus gallicum; sed Ischiadis quoque causa per idem foramen educta est & perfectè sanata. Joh. Bapt. Sitonus Iatrosoph. miscell tract. 24. p. 20. Sic anginam funestam (κυνάγχην) solvit tumor in collo obortus. Hipp. l. 6. aph. 37. & argentanginam torques aurei. Sic acutam febrim icterus in septimo superveniens: colicum dolorem paresis; lippitudinem & surditatem alvus profusa, tormina tenesmus, insaniam varix vel hæmorrhois, singultum sternutatio, diuturna profluvia vomitio, sanguinis vomitum in fœminis profusi menses commodè excipiunt, quæ ex Divino Hipp. longa serie enarrat Lommius in observ. med. p. 251. Videatur etiam Steph. Roder. à Castro in elegantiss. libello, quæ ex quibus &c. & Sennertus l. 6. prax. p. 253. Profuit igitur & vinum viperinum in leprâ ob antipathiam, quam vipera ad debellandum hunc morbum secum habet, ut Gal. d. l. & ex eo Zac. Lusit. l. 2. hist. med. P. P. p. 663. loqvuntur.

Mirum, duo venena in homine commori, ut homo sit superstes.

Nam cum fata volunt, bina venena juvant.

Eâdem de causa lapidis *bezaar bezaardicorumque* quâ talium frustraneam esse autumant, imò nocivam exhibitionem in iis, ubi nullæ malignitatis aut veneni appareant

pareant vestigia, cum tantæ ea sint ac deprehendantur generositatis, ut non nisi præsente inimico vires suas exserant, militiamque aversentur omnem, ubi nulla pugna, nulla victoria, nulla gloria, ut eleganter hâc de re disserit Hier. Petrinus tract. de alexiteriis: Imò in paulò majori dosi exhibita extremam virium jacturam lethumque ipsum inferre, à Medicis fide dignis observatum est, id quod de *cardiacis* propriè dictis dici nequit: majori enim & minori dosi exhibita nil nisi juvare possunt, & roborare, nisi præter rationem & ἀμεθόδως data sunt, ceu vinum, piper, crocus, lac & alia immodicè sumpta sanitatem destruunt: & *simplex frigida* ab æstuante messore copiosè hausta lethalis fuit. Scal. exerc. 39. dist. 2. Ab eadem enormissimus sanguinis vomitus cum gravissimis symptomatis exortus est cuidam civi nostro, cum tempore messis æstuans à labore frigidam affatim hauriret, grumi sangvinis denique copiosè per alvum egesti, convaluit. *Acetarium ex bellide* minore hîc præstans est. Minder. in med. milit.

De Alexiteriis.

Theriacâ infanti exhibita lethalis

Hochstett. observ. prior. dec. 3. casu 6. p. 236.

Omnis repletio mala, panis autem pessima.

Sunt autem *duo alexiteriorum genera, unum* vulgatius & tritius eorum, quæ præter vim alexipharmacam aliis quoque morbis & affectibus prosunt. Sic Theria-

ca viperarum quidem veneno ſpecificè opponitur, (rectius tamen Scorzonera, ut ſuprà dictū, & allato experimento Sennertus confirmat l. 6. Prax. p. 253.) efficax autem inſuper eſt contra aconitum, canthárides, rubetas, canis rab. morſum & omnes morbos malignos & contagioſos ac qſ. Panacea: Imperator Antoninus Philoſophus dictus, referente Dione, modico cibo noctu utebatur: nihil enim capiebat interdiu, præter medicamentum, quod theriacam appellant, quod pharmacum non tam ſumebat timoris causâ, περιφυλάξεως ἕνεκα, quàm quod erat infirmo ſtomacho & pectore. lib. 5. hiſt. Rom. p. 180. *Alterum* inuſitatius & periculoſius eorum, quæ præter vim alexiteriam nihil in ſe habent, quo juvent, & quorum natura eſt, hominem occidere, niſi invenerint id, cum quo luctentur, quomodo aconitum ſcorpionum & viperarum ictibus mederi dicitur, Burſ. in concert. epiſt. de febr. petech. Sed cum rara hæc arti non ſint curæ, meritò laudamus illam vulgò receptam alexipharmacorum diviſionem in *generalia* & *ſpecialia* factam, quorum quædam poſtpoſitis illis ὡς ἐν συνόψει ſuis quælibet venenis oppoſita, & pugilum more in triplex certamen ſeu σκιαμαχίαν commiſſa hîc

profe-

proferentur, reliqua ex Sennerto Schöni-bornio & Macasii promptuario peti possunt, nec non Joh. Prævotio de Venenis eorumque alexipharmac. Patav. 1646. edito.

Prodit è regno *minerali.*

Arsenicum * album cryſtallinum, quod omnium perniciosissimum, ab hoc Realgar ſeu Riſagallum, hinc auripigmentum, & ſandaracha denique Græcorum: Horum virtus & vires infringunt, antid. ol. è nucleis pini decoct. orizâ, alth. lini ol, amygd. d. cryſtall. min. bezoar. lac bubulum copiosè ſumtum, γάλα. *Hipp.*

Antimonium crudum, quo pessimè abu- tuntur nonnulli impoſtores pro ciendo vomitu. Ejus *antidotus* eſt, bolus armena, terra ſigillata Sil. cum ol. caryophyll. & vino. butyr. rec. c. ruta. *confer Senn. de lactis uſu alexiterio l. 6. prax. p. 257.*

Æs uſtum, ſquama, flos æris, ærugo.

Antid. Succus acori, ejusque radix, pinguedo ovilla cum juſculo.

* *Arſenicum cum butyro pro gliribus & muribus paratum, ad biborium ſervatum, tandem Merc. Vitæ uſu vomitu rejectum, nil ſymptomatum poſt ſe reliquit.* D. Volkm.

Argentum vivum ſublimatum. ☿ ♃

Antid. Cryſtallus min. c. ol. amygd. d. ol. ♀ri. ⊖ abſinth. coſtus. Siſarum. Sem. petroſel. aurum. Zac. pr. adm. l. 3. obſ. 85.

Mercurii vi nocivâ malè affectos ☿ diaphoret. uſu reſtitui. Volck. MS.

Calx recens illita (quin & in pice comeſta. Tim. obſ.) ejusque flos, gypſum & ſimilia. v. infra.

A. Cinis ſarmentorum, lixivium è cinere quercus. ⊖ abſinthii.

Ferrugo & ferri *ſcoria*, ἢ σκωρία ſtercus ſeu recrementum.

A. Magnes c. herb. ♀ialis. in pil. redact.

Plumbum, *ceruſſa* & affinia.

A. Granacidon excort. trita & cum vino dulci exhibita. Perſicorum nuclei.

Huic claſſi adjiciunt quidam *lapidem Adamantis*, de quo videatur Senn. in paralip. p. 130. & *lap. Lazuli*, eamque ob cauſam nobiliſſimam confect. *alkermes* repudiant, quod fecit Dodonæus in praxi p. 359. ejusque Scholiaſtes p. 210. ibid. adjecta ſimul hiſtoriâ cujusdam à crebriori confectionis uſu penitùs interempto; è quo mortuo effluxerit ſanguis multus,

putri-

putridus. &c. Sed ut *purgantia* ferè omnia; ita *fossilia* pleraque, præsertim cruda, Naturæ nostræ quodammodo inimica sunt; at dextrè præparata malignitatem istam exuunt, & ex venenatis antidoti fiunt & bezaardica quandoq; saluberrima: quod vel in lap. Lazuli apparet, qui legitimè præparatus vel millies profuit; & confectionem alkermes ad ℥j. innoxiè cum vino propinatam esse convivis ad ebrietatem usque Monspelii vidit supra laudatus D. Joh. Steph. Strobelberg. in Notis ad febrilia Burseri. Idem judicium esto de ☿io, ♁io &c. non præparatis. Præclarè Sennert. In sequestrandis istis heterogeneis & noxiis felicissima est *Chymia*, ut Medici nomen hodiè vix sustinere posse videatur, qui Chymiæ omninò hospes est & ignarus. de cons. & diss. c. 13. Confer Rolfincc. de Chymia. p. 1.

E regno *vegetabili*.

Aconitum s. napellus, cujus radix cæteris partib. virosior est.

Ant. Aristol. longa. ruta. terra Lemn. vino abrot. Anthora muscæ napello in monte Baldo circumvolitantes Cam. herbar.

Cicuta major & minor, quæ petroselini vi-

 tium

tium à splendore foliorum Gleiß dicta, & similitudine ejusdem Cocis facile imponit. Barthol. 4. an. hist. 46. Simon. Pauli de febr. malign. pag. 9.

A. Gentiana. sem. rutæ urtic. lauri fol. castoreum. Vinum absinthites. v. Hier. Picram.

Coronæ imperialis rad. ejusdem noxæ est. v. infra.

Colocynthis Elisæorũ mors in olla ex Sacris.

A Sardus lapis. Terra Lemn. Theriaca. Pollen, authoritate sacrar. literarum: eo enim & vis malefica & acrimonia obtunduntur.

Colchicum Medeæ ignis Nic. in Colchide frequens.

A. Dictamnus Polygoni succus. Serpillum.

Coriandrum viride, κορίανον à gravi odore, (quo tamen Ægyptium carere, mensisque crebro imponi scribit Prosp. Alp. de Plant. Ægypt. p. 42.)

Botonicam quoque hoc nomine infamat. Barthol. c. 3. an. hist. 97.

A. Rad. vincetox. spec. diambr. diamoschæ.

Esula cruda, qua quidã in oris & labiorum exulcerationis lapsi sunt. Gabelc.

A. Theriaca Andr. c. ▽ card. bened. decoct. dipt. alb. Myva cidon.

Euphorbium & *Elaterium*.

A. Sem.

A. ſem. cypri ex vino. card. bened. pingvia. v. Timæi caſus.

Fungi, boleti, tubera, quæ odore quoque viroſo enecare viſ. Rhod. in Scrib.

A. Allium. abſinth. ſinapi & ⊖ cum oxym, vinum generoſum cum. pipere. mel linctum. *Timæi* caſ.

Helleborus niger & albus, è cujus uſu cuidam mors. Gabelc. cent. 2. convulſio. Hipp. 3. aph. 10.

A. Flos nymph. alb. abſinth. malum cydon. Camerar. hort. p. 72.

Hyoſcyamus, præſertim niger, cujus rad. ob dulcedinem palato arridens.

A. Piſtac. naſturt. caſtor. ruta. allium vin. abſinth. moſtarda. lac aſinin. caprill. potum.

Mandragora * rad. nocentior, hyoſcyamoque affinis.

A. Raphanus domeſt. c. ⊖e com. Coriand. ſem. præparat. Caſtoreum.

Mezereon c. laureola, de quibus & ſupra.

A. Scordium, terra Lemnia, decoct. origani

 Nux

* *Succus mandragoræ vim hellebori purgantem; ſemen verò & rad. in ſiſtendo quocunque fluxu facultatem opii vel hyoſcyami ſopientem obtinet. Mart. Comm. in Hipp. p. 57.*

Nux vomica (quæ tamen innoxia pronnntiatur ad Senn. Paral. 168.)

A. citri cortex & ſuccus. rob. Cydon. Zedoaria.

Metella (cui rectius prioris infamia debetur.)

A. Butyrum. & jam dicta Citri cort. ſuccusque.

Opium, præſertim nigricans, quod deterrimum.

A. Aſa fœtida. Caſtoreum. ſem. rutæ. Origanum ſuccus artemiſ. Acetum.

Ricinus, cataputia, cujus ſem. maculoſum & ricino Indico ſeu Granadillis (quæ itidem plurimis funeſta) ferè ſimile.

A. Hypericum. theriaca.

Scammonium præſertim recens.

A. Cancri marini & locuſtæ ſ. ſquillæ piſces, Amygd. amar. 🜂.

Solanum furioſum, Belladonna, quo quidem Weſtphali & Dietmarſi pro ſedandis doloribus arthtiricis vagis utuntur, ſed ſatis cum periculo. Videatur Thalus in Harcyn.

A. vin. abſinthites. Cancri. V. Phoſphor. Gammarol. p. 728.

Umbra taxi, juglandis arb. *rhododaphnes*.

A. Juniperi ſuffumigium & lixivium de beton. agni caſti ſemen. majorana. lavendula. de taxo vide *noſtram Hier. Pic.*

Malè

Malè Virgilius: *Juniperi gravis umbra*, *Ecl.* 10.
iam nec præbet, quia humilis terræque
opior, nobis & horrida, nec fruticis au-
spirat noxiam, imò serpentibus omni-
is cæterisque venenis adversam: * quod
perientia etiam Plebeos docuit, qui *rob*
niperi pro panacea utuntur in omnibus
orbis malignis. Videatur Michael Papst
Junipereto & medulla destillat. Con-
di. Et licet subtilitatum Magister Exerc.
o. Dioscoridi subscribere velit; attamen
atthiolus mendum in textu jam olim
otavit. & Clariss. Rhodius Not. in Scrib.
275: gravissimum illud sphalma detegit
Græco Diosc. textu ab interpretib. per-
nctoriè admissum: Dioscoridis n. verba
ræca τὸ ῥίνημα τοῦ ξύλου πόθεν ἀναιρεῖ, affir-
ativè reddiderunt, scobs ligni devorata
terimit: cum vox πόθεν negativè sit in-
lligenda: ramenta ligni nequaquam in-
rimunt, ex iis enim oleum confit multi
ûs, & vel ipse ramentor. odor tepido △
citatus, quem non afficit & reficit? Imò
scula nostris exinde parantur, ex quibus
noxiè vina bibunt, aliaque. Mallem ergò
lege-

**Hinc Gr. ἄρκευθος dicitur παρὰ τὸ τὴν ἀρὰν*
θεῖν, quod ejus odorem reptilia fugiant,
abmannus in notis ad Virgil. multum in hac
thoris sententia desudat; sed frustra.

legere: Juglandis gravis umbra. Videatu etiam Claudinus de ingress. in appen p. 1.

Sambuci quoque umbram malignitat arguunt nonnulli; sed non desunt, qu epilepticos post primum paroxysmu sub sambuco dormientes à malo isto o mnimodè libaratos esse sanctè asseveren ut mirer Clariss. Blochvvizium nulla hujus rei mentionem fecisse in eleganti sima Sambuci anatomia. *Lunæ* forsan *radi* simile quid tribuendum: Studiosum eni quendam exinde epilepticum, & D. Med cinæ paralyticum factum esse memini:

Ex *animalium* virosorum censu perhibentur.

Serpentes à condito Mundo nocivu homini genus, utpote

Aspis, cui se Cleopatra Ægypti Regin ne augustum Augusti Imperatoris triun phum augustiorem sua præsentia redd ret, quod infinitis mortibus acerbius d cebat, ut Dio loquitur, vivam interime dam dedit, frustrata quoque Psyllor operâ opeque omni.

Ant. Fol. thaps. barb. vel caryophy ex acet. Scorzon. succus. extr. rad. ang rut. scabios.

Vi

Vipera, de qua supra. Videatur Zach. consult. 33.

A. Costus c. vino absinth. Coagulum leporis, porrum. ☐ humana. Zacut. 3. Pr. obs. 90.

Scorzonera, trochisc. viper. ⊖ essent. &c. Externè ol. Scorp. vipera trita.

Basiliscus, de quo infra quæst. 14.

A. Castoreum cum vino. V. etiam infra.

Araneus potus (qui tamen innoxiè, quandoque rejicitur.)

A. Theriaca. verbena. vincetox.

Ejusdem punctura. A. Endivia porta cum superposita melissa. Card. bened. Ruta.

Bufones, Rubetæ, quorum bezoar est, teste Ranchin. c. 21. Caro vulpis assata, axungia Norwegica. Simon Paulli de febr. mal. p. 33.

Araneos in liquore frigido non obesse vult Salmuth. cent. 2. obs. 22. vide Barthol. 4. an. hist. 59.

Crabronum, vesparum & *apum* ictus,

A. Exemtis aculeis ferrum frigidè imposit. terra rec. imposita. malva, plantago minor contusa, apes. vespæ, crabr. contus. imposit.

Canis rabidi morsus, (lupi, vulpis.)

A. Cynorrhodi radix. gentiana, melissa, oxalis, beton. Arist. cent. min. pimpin. cancror. fluviatil. cinis. Vid. Gamarol. Phosphori nostri p. 638 & 724. canis rabi-

rabidi ebar toſtum & comeſtum, (ep canis rabidi canibus jam demorſis p antidoto exhibetur à venatoribus,) Sc rabæi vulgares pingves. Meienkäf Weickhardus de venen. Externè can rabidi pili impoſiti, ſcorzoneræ, ſco dil ſuccus infuſus.

Cantharides aſſumptæ: de quibus videat Barthol. cent, 3. an. p. 38.

A. Halicacabi ſemen. Ptiſanæ cremo ſemen cucum. ex lacte chalybeat puleg. butyrum rec. ol. amygd. d.

Cerebrum cati & urſi. A. Terra Lemnia. M ſchus. Valeriana.

Hirudo intra corpos admiſſa.

A. Cataplaſma ex agrimonia. ⊖ quiv quovis modo appl.

Torpedo viva parvæ molis (carpionis ferè at magnæ virtutis piſcis ad Inſular Mauritii ex Oriente redeuntibu cumprimis moleſtus. Olear. in ap pend. itin. Perſ.

A. Theriaca cum vino abſinth.

Lacerta maculata, ſtellio.

A. Cataplaſma è decoct. rut. allii. gen tian. Theriaca.

Rubeta: vide bufonem ſupra.

A. Theriaca cum decoct. rutæ lapis bu fonius.

*Ἅλες *Hipp.* ⊖ *n.* *defendit à putredine, & animalium venenoſorum morſibus valenter ſuccurrit. Lemn. l. 3. de occ. Naturæ, c. 9.*

Scor

Scorpius, ejusque ictus. Cels. l. 5. c. 27. *Scorpius sibi ipse pulcherrimum medicamentum est*

A. Scorpius contusus, ejusq; ol. impo-sita. abrot. potum. semen citri, bacc. lauri. mumia assumpta. decoct. rutæ impos. Tabacum ejusque fumus, ex perimento Clariss. Rhodii in Scrib. cancri triti, Sachs. Gammarol. p. 727.

Tarantula (aranei genus in Campania æstuante cœlo ut plurimum pestile.) *Tarantula à Toledi Puglia à Tarento Apuliæ vel Calabriæ maritima civitate, dicta, ubi frequens.*

A. Melanthium & saltatio Musica ad lassitudinem usque, Tarantula imposita, Olear. Itin. Pers. p. 376.

Tarantulaam si spectes, futilem & sine noxa putabis, & sane reliquo anni tempore minimè perniciosa aut exitialis, vix aliquid nervorum aut virium ad nocendum habet: At cum Apuliæ

— *rapidus sitientes Syrius agros*

Torret, tum maximè seu afflatu noxio, ... æstu accensa morsu violento pestife... pernicicm affert. Alex. ab Alex. dieb. ...n. p. 81. a. Huic pesti & tanto malo ... pergit idem) quantum provideri huma... diligentiâ potuit, unum hoc salubri re...edio esse compertum est, si protinus ti...icen aut citharista varios concinat mo...os. (Hinc quivis in Apulia pagus, quod...per tugurium suos alit Musicos, suos ...tharœdos:)

Vidi

Vidi, inquit dictus autor, dum per lo-
ca ista situ squalida & ardore Solis fervet
tia cum aliquot comitibus iter facerer
undique oppida & vicos alia tympani
nonnulla fistulis, pleraque tibicine ci
cumsonantia audisse: Tanta enim ma
vis est, ut nisi subito remedio succurr
tur, aut *stupor exitialis* primò, deinde ce
ta *nex* subsequatur: aut si qui fortè vi
damnum evaserint, velut abalienari me
te & *semivivi*, continuo *stupore* & hebe
sensu oculorum aurium que affecti, vita
miserabilem ægerrimè ducant. ibider
Quæ fusius edocent Olear. d. l. Epiph Fer
suprà allegatus, & omnium novissimè
nervosissimè Athan. Kircherus lib. d
magnete. 3. part. 8. c 2. p. 755. usque 77

Mirum profectò, *ab uno eodemque vene*
tot ac tam *diversa* symptomata oriri, risu
& ploratum, somnum & vigilias, metu
& ferociam, vomitus & sudores: *Mirum*
solo sono Musico & saltu mitigari om n
quod quidem aliis quoque melancholi
commune, sed id *stupendum*, tali labe a
fectos, inaug: scente f: no (suorum loqu
cũ Alex.) quasi perculsis animis & confi
matis exaltabundos maximo nisu atqu
impetu in saltus gestusque nec indecoro
neque à pulsu cithara dissonos erump

i

ra ut etiam rudes & ignavi docti in ludo
ideantur, Als wären sie auf der Tantz-
chul abgerichtet worden. Ideoque &
hîc τὸ θεῖον Hippocraticum veneramur,
nec omnia primis aut manifestis qualita-
ibus circumscribi posse putamus. *Novum*
utem planè & *inauditum*, sanguinem in-
ectorum per cucurbitulas extractum tin-
ire, quod observavit Panarol. pentec. 5.
bserv. 44. Videatur Bartholin. 6. an. hist.
5.

Sed hæc breviter de quibusdam vene-
is ita delibare visum est. Quibus coroni-
is ergò addo 1. In *veneno extrinsecus* ab a-
imalis morsu vel ictu communicato (o-
nnem autem feræ morsum virulentum
sse testatur Celsus 5. 27.) semper prodesse
arnem animalis plagæ suæ admotam.
n cujus defectu attrahentia (inter quæ &
anis calidus recensetur. Zvvelff. app. in
harm. Aug. p. 25.) vel cucurbitulæ im-
onendæ; scorpium ejusque oleum suæ
lagæ remedium esse, & morsui canis ra-
idi ejusdem pilos, jam dictum; sic quo-
ue viperæ caput contusum morsui q; im-
ositum: Aug. Abb. d. l. p. 2. Frater Germa-
us Samuel Fehr Chirurgus in Dietmarsia
onfirmat, si recenti terrâ eo in loco, ubi ab
rpente læsus sit quispiã, pars affecta sta-

 tim

obruatur, omnem noxam inde extrahi, additque, compunctum quendam alio in loco terrâ rec. sed frustra obrutum, à se post 2. horas exemptum, impositâ vulneri in calcaneo exhibitâque intus theriacâ cum pulv. antitoxico, ipsi verò pedi, qui intra breve istud tempus totus gangrænosus redditus erat, rec. pane cum aliis attrahentibus, brevi restitutum.

2. In *assumpto veneno* potentissimam ferre opem *vomitoria* statim exhibita, subsequente usu alexiteriorum, si fieri possit, specificorum; sin minus, communium: Eo modo tantisper respiravit Petrus Lotichius Poetarum prioris seculi lepidissimus, Medicinæ Professor in illustri Myrtileto haut inglorius. Vide ipsius vitam.

3. Unà cum *occultis* & *manifestæ venenatorum qualitates* curiosè attendendæ veniunt. Sunt enim quæ simul *inflammant*, ut cantharides, chamælea, euphorbium, ictus apum & vesparum, & si quis succum *cucumeris asinini* pro conficiendo elaterio è fructib. colligit, facies ei intumescit à vapore, etiamsi succo non tangatur. Sic à *Thapsia* manus, facies & pudenda intumescunt, teste Scal. & Bodæo à Stapel. Comm. in Theophr. 1042. Idem Pharmacopœor. pueris evenisse memini, dum *esulam*

Plinius ideò legentes faciem cerato illinere jubet.

lam officinalem imprudentius legerent, purgarent, manibusq; faciem fortè fricarent: Eodē mōdo ab ignota quadam herbâ læsi sunt multi Batavi an. 1624. insula quadam Capitis viridis Vincentio dicta, dum Brasiliam infestare vellent, ut testatur Dn. Altenburg Coburgensis. in suo Itinerario. Idem malum expertus est Bellonius cum sociis à tactu. rad. *Chamæl.nigri.*in obs. pag.32, Quædam *suffocant*, ut colchicum, fungi, qui tamen Italis ob Cœli clementiam minus noxii, ut Gal. testatur, imò optimum cibi genus esse dicuntur à Plinio, i. e. palato non ingratum, rectius autem à Seneca *voluptuarium venenum*, quôd plerumque noceant etiam pipere & opipare præparati: unde à Nerone Deorum cibus quoque dicti sunt, quòd delectabili fungorum usu veneno addito Claudium patrem ab Agrippina matre interemptum noverat, cujus ἀποθέωσιν ideo festivissimus Seneca ἀποκολοκύνθωσιν nominavit, quòd boleto s. cucurbita, quam Græci κολοκύνθην nuncupant, ad cœlum fuisset sublatus: Quo ipso insipido cibi genere appositè notata est Claudii socordia & fatuitas, non à colocynthide, elateriorum medicaminum potentissimo, & ideo quoque inter venena supra relato, quod voluit Junius Bata-

vor. gloria, ut hæc accuratissimè explicat Heinsius in differt. super dictum Senecæ libellum. De qua re Cæsar Claudius apud Poëtam quiritatur.

Cantator funeris ipse sui.

Boleti lethi causa fuére mei

Erodunt nonnulla, ærugo, calx è pariete recens incrustato fortè in patinam delapsa familiam quandam miserè afflixit, ut observavit Tulpius l. 3. hist. 31. Confer Camer. l. 1. hor. subsec. c. 52. p. 233. *Adstrictione lethalia* sunt *gypsum, belladonna* &c. illo farinæ admixto Conradi III. Imperatoris exercitum penè deletum refert Sabell. Ennead. 9. l. 4. Hac Duncanus Scotorum Rex misso sub deditionis specie in hostium castra vino ita infecto & corrupto, Suenonem Danorũ Regem penitus attrivit. Buchan. de reb. Scot. Imò tantillum radicis cum vino porrectum faucium nervulis stuporem inducit tantum, ut quamvis famelici nihil cibi potusque ingerere possint, inventum Francisci Calceolarii Veronensis, centum boum mactatione dignum habitum ab aulicis qui ejusmodi πρόπομα museis suis quandoque parant, & ubi joco satisfactum, aut nimia dosi peccatum est, haustu vini absinthitis vel aceto aut theriacâ cum succo rutæ superioris gutturis vias iterum laxant. Confer. Senn. l. 6. pag. 250. & VVeickardum d. l.

4. Ve-

4. Venenorum quædam *certis speciebus* ac earum individuis sunt lethalia: Sic amygdalæ amaræ vulpes & anseres: sambuci baccæ gallinas, Doronicum recens canes, nux vomica & feles & canes muresque interficit: Sic nobis *Confer quæst. I. mantissa.*

- - - Veratrum est acre venenum,

At capris adipes & coturnicibus auget.

Imo *pane*, communissimo illo atq; optimo animantium pabulo, accipitres enecari scribit Barthol. cent. an. 4. hist. 16. & morsus canum non rabidorum panem recens devorantium vitulis inflicti virulenti habentur, quod laniones nostri studiosè cavent.

5. Quædam *certis membris* sunt infesta, ut *cantharides vesicæ* etiam extùs admotæ, quòd præter alios observavit Rhodius in matronâ quadam Patavina, cui ab earum applicatione Urina illico substitit, omissis verò in alio cerato cantharidibus, cessavit vitium. Not. in Scrib. pag. 277. Simile quid supra notavimus. Lepus marinus *pulmonibus* chamælea & argentum vivum *faucibus*, cicuta, flos Africanus, & florum illa Regina *corona Imperialis capiti* vim inferunt: hujus enim radicem seu bulbum concisum in patella ex oleo & ⊖e curiosius frictum dum

Nobilis cujusdam Germani minister Patavii absumsisset, similibus cicutæ malis correptus vix potentissimis auxiliis pristinæ sanitati restitui potuit Rhod. ibid. p. 266. Cum grano igitur salis accipiendum est illud antiquorum de bulbis consilium; ὀυδέν ὁ ὀνήσει βολβὸς ἀν μὴ νεῦρ' ἔχεις: nec enim omnes *bulbi* imbellibus bellatoribus proficui sunt: sed ii tantum, qui aut multum nutriunt, ut napi, sisara, pomaBataras s. helenium tuberosum: vel Spiritu implent, aut acrimoniâ titillant, ut orchides, cepæ, quas ideo salaces vocavit Martialis l. 3. epigram. Sed hæc obiter. Quædam *jecori inimica* sunt, ut planta illa quæ specifica vi * sanguinem exacuabat, de qua Gal. l. de purg. fac. c. 4. Quædam *vasis genitalibus* nocent, ut venenum illud, quod Francisc. Sfortiam primò sterilem, deinde exanguem planè & exanimatum reddidit: Card. l. 3 de venenis. Sic dysenteria intestina, phthisis pulmones, lues ɋea jecur potissimum inficiunt, & sic de cæteris: malumus enim hic Curiositatis potius leges sequi & in

* *Hanc plantam sanguisugam ejusque virtutem hæmagbgam hodiè quoque notam, & cum successu in morbis usurpatam, gratissimamque Venæ sectionem cum eadem celebrandam docet Bo-Borell. 4. observ. 91.*

in pleraque digitum saltem intendere, cum plurima passim dentur venenor. genera tam naturalia, quàm artificialia; sed quæ nobis Septentrionalibus vix cognita sunt, nec *Candor Germanus propius admittit*, ideoque ea ad Mauros & Nigritanos ablegamus & peregrinantium providentiæ committimus: Caput viride, notissimum Africæ promontorium tam refertum nunciant venenatis stirpibus, ut plurimi amœnitate loci deliniti ex earum esu statim occiderint, quod testantur historiæ Indicæ. Eodem nomine & Ponti régio olim infamis erat, hinc virosa à Virgil. dicitur Georg. 1. Et Ecloga 8. ait:

— Hæc Ponto mihi lecta venena.

Nec de Ægypto solum, sed & de Hispania, Italia, Gallia aliisque locis verè dici potest illud Homericum:

Πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Multa ibi nascuntur bona germina, tristia multa.

Fugiendæ igitur sunt istæ Sirenes, & obturatis auribus clausisque oculis prætereunda infamia ista promontoria, & post serias ad DEUM ter O.M. quotidie fusas *preces*, quod civilis prudentia jubet, domi forisque peragendum sedulò: Cardanus 15. hanc in rem regulas seu leges condidit, *Præservatio.*

didit, quas Sennertus quoque recitat l. 6. prax. p. 247. *Vasa* scilicet omnia munda sunto. (Ex ♁ ij certè in culina fixati floribus ollæ inhærentibus jusculum ab imprudenti coqua paratum sex personis calamitosum fuisse, memini.) potus ex vitris potius, quàm scyphis & metallicis bibendus, *homines* eo nomine infames in consortium non admittendi, id quod Magnatum prægustatoribus & pincernis sub pœnâ capitis injungitur. Decantatissimus Lotichius cum Boniniæ ipsi ferculum de philtro suspectum offerretur, in cane periculum fecit; tu fac similiter, si vivere, si valere velis. Dantur & vasa, quæ venena bulliendo prodere dicuntur, ut *porcellana*, & quæ ex lapide serpentino conficiuntur, fugienda cubicula recenti calce incrustata, aut malignis vaporibus oppleta, & *loca* cæno cœloque graviora, aut venenatis animantibus horrida. Quem in finem & annulũ Academiæ Naturæ-Curiosorum symbolicũ duo ambiunt serpentes, ut sint hieroglyphicum prudentiæ & perspicacitatis argumentum, de quo Nobiliss. noster Phosphorus in Ampelographiæ præloquio pulchrè disserit. Quod ipsum Pharmacopolis quoq; nostris dictum esto, quorum imprudentitiâne

Ovvenus. *Ut nulli nocuisse velis, imitare columbam: Serpentem ut posssit nemo nocere tibi.*

tiâne

tiâne dicam, an inſcitiâ commiſſo, *errores* paſſim perſtringit Langius in epiſt. & qui ex profeſſo hæc agunt Rod. à Caſtro, & Ludovicus Hornick in med. polit. Et hoc ipſo anno Comitiſſa, pilul. purgantibus præparatis in mortario, in quo à Pharmacopœi miniſtro Arſenicum contuſum fuerat, nec mortarium mundatum, intra biduum occubuit, referente Phoſphoro noſtro in Litteris. In propatulo quoq; ſunt funeſta exempla plurima, quæ ex Schenckio aliisque collegit Moronus in Directorio Medico-Practico cap. de venenis: Et Experientisſimus Salmuth. in obſerv. centuria ſecunda hiſt. 88. ubi ſemen hyoſcyami pro anetho puerperæ exhibitum, & hiſt. 90. *opium pro apio* propinatum eſt: unde Conſiliarius quidam Anhaltinus tam profundo ſomno obrutus fuit, ut pro mortuo jam ſepultus plurimum tumultuando & ejulando enormem errorem vix tandem detegeret, & obſ. 96. arſenicum pro ſaccharo comeſtum, cent. 3. obſ. 88. arſenicum pro carie ligni ex incuria divenditum: Plura habet Thonerus epiſt. 20. & Barthol. cent. 3. an. p. 30. &c. Quæ quidem venenata rudibus miniſtris & levibus pueris temerè non ſunt credenda, & peculiari arculâ ſeorſim aſſervanda cum libra

hiſce ponderandis ſolum deſtinatâ, qua-
lis in Officina noſtra ſenatoria & majori
cautelæ gratiâ his verſiculis munita eſt:

Ut minus erretis, plena eſt hæc capſa veneni.
Cautius huic juſſas injicitote manus:
Diligo naſutum, non eſt me tangere tutum.

Minus omnium Judæis, Agyrtis, & Pſeu-
do-Chymicis hæc committenda, nec *ani-
marum paſtoribus*, quibus vile eſt ovi
Chriſti, quod paſcant, quorum opera ſu-
pererogationis tot ſunt ac tanta, ut irr-
gandis alienis quoq; paſcuis ſufficiant, M-
dici ſcil. αὐτοδίδακτοι, ἐκ τοῦ βιβλίου κυβερνῆτε
αὐλοφυεῖς & citius quàm cucumeres na-
qui ex uno eoque ſordido libro, quem
Evandri matre usque per manus ſuoru-
avorum, proavorum, abavorum, tritav-
rum ſibi tradito, merisque miris & arcan-
Philoſophorum ſuffarcinato, maria mo-
tesque miſeris ægrotantibus polliceri a-
dent, quos vivis nuperrimè coloribus
publico ſcripto præ cæteris delineâru-
Clariſſimi Viri Senn. in paralip. 221. Hö-
nick in Med. Polit. Camer. l. 1. hor. ſu-
ciſ. c. 52. Rollfincc. Chym. p. 15. aliiq-
plures, & exilio mulctârunt emunctio-
naris Proceres, quibus ſalus publica e-
trema lex & potior habetur, quam omn-
ejusmodi jactatorum Panaceæ, quos id-
qu

Theologorum quorundam Jactantia Medica.

uod ðio nutricio suo, & ðio comite & ta-
co, esula ac semine ricini vel granis Tilli
tellitibus, mille experimenta per mor-
s agunt, severissimæ cujusque magistra-
s animadversioni commitimus, & ex A-
ostoli mandato Apostolicos istos, si Diis
acet, homines jubemus τὰ ἴδια πράττειν; 1.
hessal. 4. v. 13. quandoquidem ex Hesiodi
fato in Theogonia revera nihil aliud sunt
uàm fuci, qui
δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους
Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ'
ἀμῶνται.
Nectareis inhiant cellis, intusque manentes
In ventrem mergunt alieno parta labore.
utissima autem *Præservandi* ratio in crebro
exiteriorum usu consistit. Sic Mithridates
onti Rex adversus omnia veneno-
um genera adeò induruit, ut cum vellet,
ullo sibi jam captivo etiam præsentissimo
eneni genere mortem consciscere posset,
d ferro potius veneni operas exequi co-
eretur, ut historicus loquitur. Pari modo
Magnates nostri, quorum salus ob supere-
inentiam pluribus periculis exposita est,
a habent domestica remedia & amuleta
ertissimis experimẽtis & longo usu suffici-
nter comprobata: Omniũ instar sit nobilis
ima *antidotus de Scorzonera* Philippi II. Hispa-
nia

niarum Regis, quem ex MSS. Petri de C
ftro candidisſimè cum pluribus aliis co
municavit bono publico natus Nobilis
mus *Sachſius* noſter, Collegarum Natu
Curioſorum facilè Princeps, quæ

℞ rad. ſcorzoner. mund. ℥iij
ſerpentar. cucum. agreſt. potenti
ā ℥j
ſem. gentian. rad. dictamn. Cr
Iridis Illyr. pœon. ā ℥j
Doron. ʒij Scorpioid. Vincetox.
Herb. hyſtopi, calaminth. ſampſuch
ſalv. beton. lavend. ſcor
flor. lavend. roſ. rub. ā p.
Macis, caryophyll. myrrhæ, thuris
ris ā ʒij
Boli armenæ ℥j. Santali alb. xylo
xyloballſ. ā ʒs
Papav. alb. ſpiſſamenti hedichroi ā ℥
Ambræ, moſchi ā gr. vij. Croci. ℈j
Cinamom. ℥ij Fol. ☉ n. 4. c. ſucco
trifol. aſphalt. & ſcorzoner. c
cipe c. melle & ſach. q. s.
F. Confectio ſ. a. agitetur addendo
lap. bezoar ʒis
Servetur in vaſe vitreo. Dos. magnitu
fabæ minoris.

M

Morsuli Ferdinandi I. Imperatoris hic quoq; alia multa superius, & paulò infra anno-a, sunt vocanda. Quibus simpliciora ident, ex superioribus, & quæ mox se-entur, eligere poterunt, quæ in rem sue faciant; nos obiter hæc de *simplicibus* ienis, in proximi commodum proferre uimus; *Composita* venena nec quærere, ; nosse debet Medicus, inquit Scrib. Lar-s c. 67. nisi Diis hominibusque invisus ritò esse velit, & contra jus fasq; profes-nis suæ limites egredi: eorum n. com-sitionem docere, subjungit Galenus, im-obi mihi hominis esse videtur &c. antid. c. 7. Nosse autem oportet, ut videas, ias, evites, ut ea (velut de simplicibus tum) maturata ope operaque evertas, om si tibi de veneni specie & qualitate equaquam constet; *Constat* tamen *in-ere, venenum esse sumptum* vel *admissum*, si nini aliàs seno morsus in ventriculo aut estinis accidat, alvus & vomitus movea-, si syncope, cordis palpitatio, corpo-que tumor accedat, si color intra 6. ho-fiat auriginosus, & extrema frigeant; i pars quæpiam subitò intumescat, in-ametur aut liveat, de veneno *extrinsecus* nisso facilis conjectura fieri potest: iferunt hic in genere ex sim-plici-

Zacut. Lus. ex Avenzoar. l. 5. M. M. P. P. hist. ult. p. 511.

plicibus alexiteriis *ruta* Saxoniæ Dom meritissima Corora, & in profligandis h terodoxiæ venenis alexipharmacu mysticum, antiquissima Mithridatis R gis compositione nobilitata: In sanctua is, inquit Plinius, Mithridatis maximi R gis devicti Cn. Pompejus invenit in pecu ari commentario ipsius manu compositi nem antidotiè duabus nucibus siccis & cis totidem & rutæ foliis 20. addito Sa grano. V. & infra. *Cortices citri & cydon* quæ celeberrimis historiis & certissimâ e perientia illustrarunt Athen. l. 3. Dipnos. Mercur: de ven. cap. 18. vid. Monard. tra de citriis. *Cornu Rhinoc. Unic. animale* p sertim Grœnlandicum, CC. recens. lach ma. CC. de qua singulare experiment enarrat Zacut. Hist. M. M. P. P. l. 5. p. 481. de corde C. Grana juniperi : unde G tempore antidotus parabatur διὰ τῶν ἀρκ θίδων dicta, l. simpl. fac. 1. In eodem pre nostris est *rob juniperi*, plebeorum Panac *Grana Paris* herbæ, Belgis ob formã Sp nenkoop/quæ omnibus venenis & venefi mederi dicuntur , ideoque pulverem xon. Essent. cicon. Coll. & nobilissimas n dernorum Tincturas ingrediuntur. R *Gentianæ* , angelicæ , petasit. vincet

Tristis succus felicis mali, quo non præsentius ac ullum Auxilium venit ac membris agit atra venena. *Virg.*

σκόροδον Hipp.

Zedoar. Anthoræ, Dictam. alb; *Scordium*, authoritate Galeni & Busbequii epist 2. *Allium* nostrates montani cum Italis & Burgundis, *Teram Lemniam*, quam σφραγῖδα vocant, (cui tamen *Silesiacam* æquiparamus) Græci; Arabes lap. *bezaar*; Hispani & nos cum illis *Scorzoneram*; Indi rad. contrajervæ magnoperè extollunt, de quâ doctissimè Cartesius in miscellan. cujus quidem præstantia â nonnullis lap. bezoar præfertur. *Rhinocerotis sangvinem* aliis omnibus, etiam Regum thesauris, anteponendum esse censet Zac. Lus. prax. adm. . 3. obs. 88. *Magisterium*, ⊖ & spir. terræ sigill. Sil. & CC. hujusque gelatina (quæ eidem è priapo confici potest) *Hippolithum* quoq; magnifaciunt nonnulli & *hyolithum*, illum domi habeo è generosissimo cujusdem militiæ Ducis equo rejectum bezaar occidentali; (de aliis hippolithis egregia Phosphorus in Gammarol.) hunc suis vesica exemptum bezaar orient. similem, laminâ gryseâ vel subviridi amictum, quæ eâ, quâ membranæ vesicæ interiori adhæsit, parte abrupta est. Confer Hornung. cist. med. epist 64. Ejusmodi lapides bezaardicis similes in vitulo quodam repertos esse testatur Tulpius 3. obs. 4. sed num ejusdem cum veris beza-

bezaardicis sint *virtutis*, non parum dubito, cum rara sint ejusmodi simplicia, & nullum ejus rei, quod sciam, extet experimentum. De *lapide serpentino* & vasis *Procellanis* jam dictum. vid. Pancir. in nov. repertis p. 141. & quæ è terra sigillata parantur, non ferunt venenum, ut nec Britannia aut Melite noxios serpentes, nec Hagæ Comitis palatium araneas, nec macellum Pragense muscas, nec ager Augustanus glires, nec mola Suinfurtensis, 15. rotar. opere, autorib9 inprimis, Dnn. Kiliano Göbelio & Joh. Martino avo meo materno, ad Mœnū sumptuosissimè structa, mures.

E Compositis præcellunt *pulvis viperin9* & quæ à viperis Vires nomenque sortiuntur *Theriacæ* confectio, & è Icorzonera composita omnia, Theriaca Diatessaron Mesue, vel quæ simpliciùs è Gentiana Regia illa radice & baccis lauri cum melle paratur, ac rusticorum *anchora sacra* dicitur à circumforaneis: Theriaca Smaragd. Petri è Castro, Mithridatium hinc usque ab authoris ævo decantata, Diascordium Fracasta & Corn. Gemm. Essent. sanguinis Cicon. quæ Magnates quosdam intoxicatos, aliis alexiteriis frustra exhibitis, pristinæ sanitati restituit, test. Croll. Bas. Chym. p. 450. & Clariss. Hartmanno, qui

Il-

Illustriss. Comitem Ludovicum de Nassau Uraniæ Principem Wilhelmi fratrem ab Albani Ducis militibus intoxicatum non aliis quàm essentia hac convalescere potuisse, asseverat, quod factum Bergis Hanoviæ in Notis ibid. *Spiritus Theriacalis*, & quæ exinde paratur *Essentia Bezaardica* cujusdam Medici per omnem Europam famigeratissimi, * quæ

℞. rad. anthor. angel. sylv. & hort. aristol. rot. ver. long. ver. carlinæ, contraj. cyperi long. bard. chelidon. maj. doron. diptam. alb. levist. enul. morsus Diab. Gentian. Olsnit. petasit. pimpin. pentaphyll. serpent. *Scorzoneræ*, tormentill. Valer. ver. & nostr. vincetox. imperat. zedoar. ā. ℥s.

* *Sordent quidem nonnullis delicatulis ejusmodi, ut vocantur,* Rapsodiæ; *sed nituntur firmissimis multorum sæpe seculorum (e.g. theriaca) experimentis: Idem scil. evenit* ▽*is medicatis, quæ licet multis præter rationem congestis, seque pugnantibus prægnantes esse videantur, plurimos tamen eosque non rarò contrarios effectus in reparandâ sanitate edunt. Confer Gal. l. 1. antid.*

Fol. dipt. Cret. ſcord. Cr. rut. uvæ in verſ. galeg. card. bened. ſuccisæ, ſcabioſ. ſcord. ā m. j.

Flor. ulmar. 3. cordial. ā m. j. meliſſ ſalv. aquileg. roſar. r. hyperic. cyan calend. millefol. borr. bugloſ. ſcabioſ helen. tunic. ā p. iij

Sem. acetoſ. angel. bardan. card. bened citri, meliſs. aquileg. calend. naſturt cochl. borrag. bugloſſ. leviſt. rut. ā ℥ij

Baccar. uvæ inverſ. ℥is. Cortic. citri ℥ij

Coſti aromat. veri ℥ijs. Santali citrini ℥

Granor. chermes ʒvj. Ligni aloes ℥s

Croci ℥s. Camphoræ ʒvj. Inciſa & contuſa groſſo modo. D. ad ch. S Giſſt Species.

Quibus adde Theriac. Andromachi q. s. &cum Spiritu Theriacali camphorato per alembicum deſtillatum ſ. a. Tinctura compoſita Alexipharmaca Rollfincc. in Chym 198. Alcohol ſerpentum. Pulvis Cæſarei gryſeus & ruber Pannon. *Pulv. Saxon.* & *Bezaardicus noſter Officinalis. Pulvis DiaSol Scoti.* Confectio de Hyacintho. Speciei liberantis. Bezaardicum cervinum Zvveli in diſp. Aug. reform. *Elixir. propr. abſinthiatum.* Bezaardicum ☉are, mineral animale. CC. ☉are. *tenella* C. C. ſine calcin.

℞. Magist. terræ sigillat.
Unicornu fossilis rec. ā ʒij
Boli armen. elect. Bezaar. or. ā ʒs
⊖ perlar. CC. succini, scordii ā ℈s
rad. scorzoner. præparat. ʒjs. M.
F. pulvis subtiliss. Dosis ʒs. ℈ij. S.
Gifftpulver &c.

Atque hæ sunt illæ θεῶν χεῖρες antiquis ...ictæ, quæ successu suo, si dextrè admi...istrentur, hautquaquam carent, quibus ...ccenturiatam quasi opem operamque ...bministrant *Cardiaca* s. *cordialia* tum ca...da tum frigida: hæc n. non immediatè, ut ...*exiteria propriè* dicta; sed secundariò & ...ediatè in venena agunt, quatenus nimi...m genuinâ quadam temperie cordi a...andiuntur, spiritus vitales recreant, ca...ris nativi ἔκλαμψιν promovent, aut san...inem suggerunt pro spirituum vita...m nutricatu benigniorem, quem in fi...m & quia ubique ferè concurrunt, cata...gum eorum his subnectere volumus, ...amvis plurima quoq; in censum alexite...rum simul veniant: *nunquam satis dici...*, inquit Seneca, quod non *satis discitur*. *Gal. l. 6. de compos. med. s. loc. c. 3.*

Cardiaca s. *cordialia calida* sunt.

Rad. allii, angel. bistort. caryophyllat. dipt, alb. Doron. gentian. helen. im-

 perat.

perat. morſus Diab. Olsnit. penta
phylli. pimpinell.rhapont. Scorzon
Tormentill. valer. vincetox. Zedoa
Fol. & *herb.* cum *floribus* abſinth, borrag
bugloſs. Card. bened. cardiac. cala
minth. mont. calend. flores galeg
hyperic. melyſs. ocymi, rorisma
ſcabioſ. ſcord. fl. tun. veron.
Cort. citri & aurantiorum.
Sem. & *fructus.* Angel. aurant. citri. card
bened. card. Mar. hyperic. leviſ
napi. ocymi. rutæ. baccæ lauri & ju
niperi. Grana Kermes. nuces ju
glandes & mala aurantia, & pleraqu
aromata, calam. aromat. caryophy
li, qui in cordis palpitatione præ
ſtant, Cardam. *Caſſia lignea vera.* Xy
locasſia, quæ confortandi quidem fa
cultate & externâ facie *cinamom.*
cannellæ affinis, nequaquam tamen e
dem, neque externus & vilior eju
dem arboris cortex, cujus cinamo
mum interior, & præſtantior, ut qu
dam opinantur, cum rarior ſit & cra
ſior caſſia lignea, ejusq; pretium c
rius & majus, mucilagine inſup
peculiari prædita, & in affectibus u
terinis præ cinamomo expetatur;
ſicut illa crasſitie & mucilaginoſit
t

te; ita hoc acrimonia & tenuitate suâ præstat. Utrumque Gr. σύριγξ quandoque vocatur, arundo seu fistula, quod arbore detractus & exsiccatus cortex in fistulæ seu cannæ modum facilè coëat; unde & Lat. forsan cannellæ nomen natum, vel per metathesin literarum caneila â Ceilan Indiæ Orient. insula aromate hoc cumprimis nobili & refertissimâ. Crocus. macis. nux Ind. moschat. lignum aloës, rhodium. santalum citrinum.

Gummi & resinæ, benzoë, camphora, styrax. myrrha. thus.

Marina, Ambra in Madagascar vel S. Laurentii insula frequens & succinum Borussiacum.

Terræ & lap. pretiosi Aurum quod dextrè præparatum mirabilis est virtutis in Medicina; Bolus armen. Corall. r. fragm. 5. lapid. pretios. margarit. terra sigillat. Turc. Siles. & quæ ex animalib. desumuntur, lap. bezaar or. & occ. ut & lapis qui in corde & angulo cervi reperitur, cuspides CC. Unicornu anim. & foss. pro quo ebur sæpius substituitur, moschus. De usu oculorum Cancri bezoartico selecta Phosphorus noster Gammarol. p. 711.

Aquæ & *Spiritus* card. bened. fl. aurant. citri, ceraſ. fragor. flor. tunicis, meliſs. ſcord. Scorzon. verbenæ, reliquaque ſimplicium. it. ▽cinam. cord. theriacal. typhor. C.C. Hirſchkolbenwaſſer.

Syr. fl. borrag. aurant. de cortic. citri. card. bened. helenii. meliſſæ, ſcord. veron. Tinctura citri roſata.

Conſerv. fl. anthos, borrag. bugloſſ. fl. aurant. citri, lil. convall. (ſed hæc amara eſt admodum & ingrata) card. bened. fl. calend. meliſſ. ſcorzoner. tunicis, tiliæ, tormentillæ.

Condita. Cort. aurant. citri. rad. helen. nux Ind. juglandes, pyra moſchatella, rad. ſcorzon. & Zingiber in China conditum.

Olea & *extracta*: angel. anthos, caryophyll. cinam. card. bened. citri. croci. juniperi. l. aloës. macis. meliſſæ. nuciſt. expreſſ. & deſtillat. rutæ. ſuccini. Extr. l. aloës. tormentill. vincetox. Zedoar. ol. liquor & magiſt. perlar. corall.

Eſſentiæ & *Tincturæ*. Ambra eſſentificata, Balſamus ♀ris. Tinct. corall. Elixir Propriet. el. juniperi. Eſſent. cinam. citri vulgaris & quæ cum ſpiritu

tu homogeneo extrahitur. Essentia moschi cum ol.citri & Spiritu rosar. parata. Essentia verbenæ, card.bened.

Gelatina CC. cum acet. destillat, card.bened. rutæ aut scordii parata,

Opobalsamum, seu balsamum Orientale de Mecha dictum, τῶν μύρων εὐοσμότατον, Omnium suaveolentium præstantissimum, cumprimis quod ex cortice sub caniculæ æstu vulnerato promanat: Minimum quidem ejus ex plagâ corticis destillat, inquit Veslingius in Notis ad Alpinum, maxima pars ligni frondiumque decoctione cum ▽ f. conflatur (pro lectione publica, dicebat, ex ejusdem fructu f. baccis semine pingvi repletis & contusis idem exprimi;) neque ipsa tamen satis illibatæ Naturæ, sed therebinth. cypriæ adulterio vitiata est. Arabiæ collibus propria arbuscula, ubi sponte absque ulla cura felicibus sylvis progeniem submittit, ut dictus Author loquitur; quod certè mirum maximum, Nobilissima duo Cremiorum genera, Balsamum Arab. & Cinnamomum Zeilanense feliciùs sylvescere & præstantiùs sponte nasci, quàm si cura aliqua, aut solicita hominum accedat cultura.

K 4 *Elect.*

Elect. Confect. alkermes, de hyacintho. Diaſcord. Fraçaſt. Gemmæ. Theriaca. Mithridatium.

Species & pulveres, ex iisque confecta. Diamarg. calidum lætificans Gal. Rhaſis, Diaromaticũ eſſentiale ambra-moſchatum Rollfincc, Species cordial.temperat. diaxyloaloës trochiſc. de gall. & alipta moſchat. *Morſuli de citro toto*, qui & cum pluribus aliis temperatis ad ſequentem claſſem referri poſſunt.

℞. Sacchar. decrepitati ℔j. affunde ſuper △ lento ſenſim ſucci citri depurati ℥is. vel ℥ij. absq; ebullitione, & ſub finem adjice cort. citri mund. rec. tenuisſimè inciſorum q. pl. F. morſuli, inſpergantur ol. è rec. cort. expreſſo, poteſt quoque addi confect. alkermes. e. gr.

℞. Cortic. citri rec. minutiſs. inciſ. ʒvj. Sacchari Canarii ℥vj. Confect. alkermes ℈j. ſucci citri rec. expreſs. q. ſ. F. morſuli, qui nobis admodum familiares.

Cor-

Cordialia frigida.

Folia & *flores*, acetos. acetosell. borrag, buglofs. cichor. nymphea, rosar. pentaphyll. scabios. tunicis.

Radices, acetos. acetosellæ, è qua elegans tinctura parari potest, rad. borrag. buglofs. Scorzoneræ.

Fructus aurant. berberes, caricæ; cerasa, citria, cydonia, fraga, granata, poma & pyra odorata, mora rub. Idæi, ribesia, alba & rubra, & hæc quoque dulcia.

Sem. 4. frig. majora & minora, acetosæ.

Ligna. Santalinum album, citrinum & rubrum.

Lapides & mineralia, Aurum. Bol. arm. Camphora. Corall. r. & alb. fragm. 5. lap. pret. lap. Lazuli, *margaritæ*, quam cœlesti quodam splendore spirituum turbulentiã recreare scribit Heurn. m. m. mater perlarum. Terra sigillat. Strig. & Turcica Lemnia.

Ab *animalibus desumpta*: CC. ossa de Corde C. pro quibus sæpe ossa cordis bubuli substituuntur, ebur ustum.

Aquæ destillatæ, acetos. acetosell. borrag. buglofs, ceras. nigr. cydon, fragor.

lil. convall. nympheæ, rosar. Scorzoner. violarum, tunicis. Acetum vulg. & rubi Idæi.

Syrupi & essentiæ, ex succ. acetos. acetos. citri berberor. ex succo borrag. bugloss. ceras. acidodulc. corall. Querc. fragor. granator. pomor. de ribes. rosar. violar. & ear. julebi. Essent. citri. Tinct. rosar. viol. Nectar ⊕, Clyssus mineralis Horstii.

Conservæ fl. aurant. citri, carnis s. pulpæ citri, quæ ob liquoris abundantiam (qui & Sacchari additione augetur) ac villorum copiam & gratiam omnem & nomen Conservæ quodammodo amittit; crassior igitur & *gratiosior* redditur, si pulpa citri expressa cum pulpa pomor. Borsdorffianorum vel pulpa arantiorum diligentissimè contundatur & Sacch. finiss. s. q. cum citri cortic. rec. tenuissimè concisis inspergatur &c. Conserva nympheæ, rosar. violar. Sacch. rosatum, violatum, citratum Zwelfferi.

Condita & *Confecta*: Berberes, poma citria integra ejusque caro & cortices: Cerasa. cydonia. pyra condita, rad. scorzon. rotul. manus Christ. perlat. mor-

morsuli de citro. Notandum, à quibusdam impostoribus *cortices melonum* pro citriis veris saccharo incrustatos venum exponi, rectius ergo illi recentes s. muria asservati sunt emendi & rec. præparandi.

Electuarium resumptivum. Diascord. Frac. cum syr. de acetos. citri sumptũ.

Species & pulveres: Diamarg. frig. de gem̃. frig. diatrion santalon. solutiones & magist. corall. perlar. matris perlar. & CC. pluraque alia moderate adstringentia, odorata & bezaardica superius enumerata: ubi simul noto, solutiones & præparationes simplices e. gr. corall. perlarum &c. eorũ magisteriis longè esse præferenda ob rationes, quas nervosè allegat Zvvelfferus, in append. ad Disp. Aug. p. 66.

X. Mantissa Quæstionum.

I.

NUm animalia veneno nutrita aut enecta, edendo sint innoxia? Rubentibus *taxi* baccis delectantur turdi, at Apitio teste,

—*Inter aves turdus vel gloria prima est.*

Oves,

Oves ad Kaschan Persiæ urbem *Tarantulis* innoxie vescuntur, & istis postea ovibus universi incolæ: Olear. itin. Pers. 373. *Tithymalo* s. lactuca caprina capræ, *helleboro* coturnices, *cicutâ* sturni, *araneis* gallinæ, *bufonibus* lucii, *muribus* anates, ex *viperis* meleagrides pascuntur pro qeis pullis ad conflictum validiorem armandis & animandis, & quæ hodienum certo *toxico* aut *virosis globis* sagittisve apud Indos, Gallos & Hispanos interimuntur vesca alias animalia, cervi, capreæ &c. *Scorpionibus* gallinas crassescere & pingvescere in insula Ceilan affirmat Saar in itin. p. 66. &c.

Ita quidem sentit Lang. l. 1. ep. 69. Crato l. 2. epist. 2. ad Jordanem & Gal. l. de Theriaca ad Pisonem c. 10. Nec ex Huberto Leodio *in Hiera Picra c. de medii ventris morbis* allegato observatum, quenquam ex istiusmodi edulio malè habuisse, sed aliquali saltim nauseâ tam insolitum cibi genus tantillum horruisse. Joh. Matthæus in diss. quæst. p. 127. aliique *monent*, ne mox mensis imponantur ejusmodi animalia, multumque mali assaturâ absumi: Sed Plauto *caseus*, *panis & assa bubula* optima sunt ventris stabilimenta. Nec desunt, qui omni isti Hispanorum ferinæ similibusque lautitiis anteponen-

dam

dam censent carnem suillam in insula D. Thomæ è cannar. sacchar. fracibus & siliquis procreatam, aut ovillam in Gallo-Provincia Rosmarinum, & in tractu Svvalbacensi & Marpurgensi serpillum redolentem, idque sine omni metu aut suspicione veneni. Nec enim gallinæ multum vescuntur araneis, aut lucii semper bufonibus, aut meris anates muribus; & decipiuntur potiùs turdi similitudine baccar. sorbi aucupalis, quibus multum delectantur & capiuntur, ut & baccis juniperi s. granis, quæ inde Saxonibus Granatbeer vocantur: unde & avi nomen Grametvogel: Et *Coturnices pedibus virentibus* in Podolia conspicuæ si comedantur, spasmum inducunt, ut testatur Elzevirius in sua Podolia. & Gal. ipse in Doride, Bœotia & Thessalia multos ex coturnicum esu musculorum Convulsionibus correptos esse, quòd veratrum comederent, idemque ex eadem causa quibusdam Athenis accidisse memorat l.6.epid. sect. 5.comm.35. Confer P. Zacch. quæst. med. Leg. & Senn. 6. praxeos. Cumprimis autem Zacutum Lusit. qui hæc ex professo tractat l.5. Med. PP. hist. p. 220. Nos *distinctè respondemus*, statuimusque, *veneno, qua tali, nutriri nil posse*, cum id totâ substantia suâ Naturæ nostræ sit adver-

vera

versum, hujusque interitum unicè moliatur, quod ex supra dictis patet, sed dari in rerum Naturâ quædam venenata partium tam diversarum, ut secundum quasdam nutrire quoque possint: Exemplo sit Hiuca, cujus succus lethalissimus est, ex eadem tamen panes conficiunt Brasiliani optimos & in India Occidentali usitatissimos, Cassavi ipsis dictos. Sic viperas quoque suo modo vescas esse supra diximus: *Non* igitur *venenis*, sed *venenatis* animalia quædam nutriuntur, quæ tamen ablato veneno tutius rectiùsque assumuntur ab hominibus.

QUÆST. II.

An continuo alexiteriorum usu *immunem & invictum* se quispiam reddere possit adversus omnis generis venena? A. exemplo Mithridatis Ponti Regis, qui tantum

Rationem hujus rei esse dicunt vitalium alexipharmacā constitutionem. Mœb. Physiol. 159.

—Profecit poto sæpe veneno, (pharmaco)
Toxica ne possent sæva nocere sibi.

Nam nè venenum, quantumvis mortiferum, sibi lethale esse posset, ipse quotidiano amuletorum usu, quibus sibi cavebat, effecerat. Dio hist. Rom. p. 37. Hinc cùm à Pompejo victus captusque Rex mori mallet, quàm Romanor. mancipium vive-

re,

re, hausit venenum largiter, sed id frustra, quòd antidotus, quam crebrò assumserat, venenum redderet irritum, ideo Bistocum amicum rogavit, ut ferro veneni opus absolveret. Gal. de ther. ad Pis. c. 16. Et hoc modo antiquorum *Psyllos* & *Marsos* quoque adversus serpentum venena invaluisse probabile est. Confer Dionem hist. R. l. 51. p. 453. Sic eodem Dione & Gal. testibus Aurelius Antoninus Imperator, quo se inprimis *tutum à venenis* præstaret, singulis diebus tantum theriaces assumsit, quantum est Ægyptiæ fabæ magnitudo, quæ est victoriati pondus vel drachmæ semissis. l. 1. de antid. c. 1. Nec desunt exempla eorum (ut anum illam Atheniensem, cicutâ; & puellam napello impune vescentes jam omittamus) qui *araneas* & *scorpiones* sine noxâ devorârunt, quos & hìc vidimus, & Clariss. Barthol. notavit. c. 4. anat. hist. 95. qui viperas pro cubitu exagitant, ut Melitenses, quorum pueris lusus esse dicuntur familiares viperæ, ceu nostratium deliciæ sunt canes Melitæi, Schoß hündlein. Confer Senn. l. 6. prax. p. 288.

QUÆST.

QUÆST. III.

Cur *serpentes fœminæ maribus sæviores?* Non in serpentibus modò, sed aliis noxiorum animalium generibus singulari Conditoris providentiâ ideo factum esse ajunt, ut major vis in imbelli sexu minu[s] eretur; In *utilium* contra *genere*, & robore & virtutis efficaciâ mares semper præsta[nt] rent fœminis. Autor de artif. hominum & mirandis Naturæ in China & Europa p. 1137.

QUÆST. IV.

Fabula non est * *basiliscus serpens;* verùm ex ovo galli gallinacei, quē capite cristato tantillum refert (ut in libello Se[...] bizii de casu adolescentis &c. videre est) eundem nasci, fabula est. confer Pincier l. 3. ænigm. 3. Fabula est, eum solo aspectu lædere, quod asserere videtur Zac. Lus. l. 5 Hist. 5. MM. PP. p. 385. cum veneni id fia[t] effica[...]

* *Appositè Volkamerus: Basiliscum ego cu[m] Phœnice, Pelicano, Salamandra, Gryphis, Uni[c]ornu quadrupede &c. pro Entibus Alchymic[is] habeo, donec certior me aliud edoceat demonstra[]tio. Confer Borell. cent. obs. 4. 1. Et Excell. Rol[]fincii Chimia à p. 419. qui & Panaceas sive me[]dicinam universalem non - Entibus. accenset, il[...] pag. 22.*

efficacitate, quod in circumfusas auras eructat, nec in *specubus* aut *puteis enecti*, solo basilisci aspectu fuerunt interfecti; sed à maligno plerumque aëre aut sulphureo vapore suffocati periere: de quibus eleganter disserit Clarissimus noster Phosphorus in Ampelographiæ suæ p. 168. Id ipsum præ cæteris confirmat miserabilis illa Triga Winsheimensis (in quâ & civis meus Joh. Erhard Heering Kittingensis fuit) quæ in profundo puteo, è qua post exantlatas ▽as saburra exhaurienda erat, alter alterum stans exporrectis brachiis opem sibi mutuò laturi tenebant mortui, *atalepticis simile quid passi* mense Sept. anno 1612. Conf. hist. Barthol. c. 4. an. & Hieram Picram c. de meteoris. Eodē modo in conclavi suffocati sunt tres nautæ ex nimio odore caryophyllor. Merclini Itinerar.

QUÆST. V.

Mirum, *cantharides*, insecta venenata raxino gaudere, ejusque folia depascere, venenis aliàs resistentia & vel umbrâ isdem noxia; è cynorrhodi autem sponiâ sub æstate fervidâ easdem prognasci, mirum non est, cum idem utriusque in xterendis nephriticorum arenulis & ropulsanda Urina sit effectus. Spigel. in sag. rei herb. p. 41.

Hipp. μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπερορᾷν.

Num *plantarum prima rudimenta & novella germina* Medico quoq; sint cognoscenda? A.

Præterquam enim quod primo sui exortu mirificè afficiunt Cultores suos plantæ, & mustea illa voluptas è flagranti desiderio nata foliorumque tenellorum sensim variantium gratiâ nutrita, in flore jam explicato penitùs effundi, in semine verò & adultioribus foliis iterum exolescere videatur, inculcat hoc ipsum exercitatissimus Antonii Triumviri & miles & Medicus Dioscorides in præfat. l. 1. Si cui in animo est, inquit, (quod Galenus ab excellenti Medico omnino requirit) herbarum (præsertim officinalium) notitiam assequi, necesse est, eum primâ germinatione solo emergentibus, adultis & senescentibus adesse: (Sunt enim & *plantis* suæ quodammodo *ætates*, *infantia* rudis ac tenera, cum primùm è terra prodeunt; *adolescentia* vel pubertas, cum in folia & caules luxuriantur; *virile* quasi *robur*, dum floribus & semine fœtæ in sua ἀκμῇ & vigore consistunt, donec tandem exsucca obrepat *senectus*, cum omnimodo plantæ interitu) Nam qui pullulanti herbæ duntaxat adstiterit, adultam cognoscere non potest, neque qui adultam tantùm inspexerit,

Cic. 5. de finibus. Earũ etiã rerũ, quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est, nõ dissimilis animantium: Itaq; & vivere vitẽ & mori dicimus, arboremq; & novellã & vetulam & vigere & senescere.

xerit, nuper erumpentem cognoscet, quô fit, ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum seminisque magnitudinem & id genus alias peculiares notas nonnulli, qui has rerum varietates & vicissitudines non attendunt, *enormes quandoque incurrant in errores.* Patet id ex historiâ *absinthii umbelliferi*, cujus ratione soli natalis nonnulla occurrit differentia, sed id non pensitantes famigeratissimi duo Pharmacopœi Nicolaus Clavenna Bellunensis & Pompeius Sprechis Venetus, in mutuas easque virulentas digladiationes lapsi sunt: Medicis certè ignorantia hæc persæpe *ruborem* apud aniculas & Seplasiarios, non levem quandoque *ignominiam* parit apud eos, quibus medicinam faciunt, & suspicionem rei vel ad morbum ineptæ, vel perperam administratæ; ἡ γὰρ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτὴν, καὶ ὄναρ, καὶ ὕπαρ. *Imperitia* malus est thesaurus & infelix opulentia istis, qui eam possident. Hipp. in lege. Sicut enim *morbi, quando inchoantur*, nonnisi ab exercitatissimis cognoscuntur Medicis; ita quoque *plantæ primùm nascentes.* Rondelet. c. 5. de dignosc. affect. p. 539.* in quem finem solidum tractatum *de plan-*

Animadvertimus inter Deliberationes contentionesq; Medd. autoritate præcellentiũ, quosdam humiles & alioquin ignotos; usu verò peritiores, medicamento efficaci dato, protinus velut præsenti Numine omni dolore periculoq; liberâsse ægrum. Scrib. Larg. in Præfat. ad Callist.

* *Confer Matthioli in Præfat. Dioscoridis elegantiss. Commentarium.*

plantarum infantia meditatum esse ferunt consummatissimum Botanicum & Profess. P. Altorffinum Dn. Ludov. Jungermannum τὸν νῦν ἐν ἁγίοις: Sunt enim ex illis, pergit idem Rondelet. d. l. c. 7. quæ alia folia habent cum erumpunt, ut phu nascens lata habet folia, perinde ac elaphoboscus, deinde ita inciduntur, ut folia Smyrnii imitentur: *Coriandrum* itidem lato per initia est folio, ut apium, deinde finditur, ut fœniculum: & quot modis variat luditq; petroselinum nostrum hortense? *Malvæ arboreæ luteæ* (quæ nuper è Tartaria Clariss. Erpenii felici captivitate Europæ nostræ innotuit, quod fusius persequitur Nobiliss. noster Phœnix in tractatu peculiari de malvâ lutea arborescente) inferiora folia subrotunda sunt, superiora profundiùs incisa, quod dubitandi occasionem dedit *D.* Eringio apud Horst. in epist anat. p. 159. In nulla autem plantæ parte major est *varietas* (inquit Spigel. Isag. l. 1. c. 11.) quàm *in foliis*, quod exemplo anisi comprobat ibidem Author. Nos harum rerum Curiosis plura offerimus: pilosarum auricularum formâ primis in auras luctatur foliolis *asarum*, reliqua cotyledonis instar in umbilicum speciosè rotundantur: Tubam referunt prima *cannæ In-*

dicæ

ditæ folia, vel cucullum contortum, quæ ſenſim remittendo latisſimè poſt explicantur: *Granadilla* ſeu flos Paſſionis ex ſemine prodit primùm binis cordatis foliolis, erucæ in modum, cætera deinde folia quæ caulem ambiunt, foliis ſambuci roſeæ vel lupuli ſimilia ſunt: *Tabaco mari* & *fœminæ* nuper natis vix aliqua intercedit differentia, ſed poſt 4. aut 5. folium in fœminâ mucronem in anguſtum ea abeunt, quæ in mare tùm obtuſiora & atrovirentia ſunt, intimèque ſcapum ſuum amplexantur; Folia prima *barrag. cucum. cucurb.* floris ſolis, carthami ſ. cnici, ſcolymi vel cardui eſculenti &c. ferè omnia ſunt uniusmodi, *Cucumis* tamen folio longiori, magis explicato ac repando prodit; *Cucurbitæ* rotundiora, ſurſum nonnihil elevata, *borraginî* piloſiora ſunt folia: *Floris* ſolis longius porrecta & glabra, à terra altiùs extantia, *Carthami* rotundiora & rectiora, *ſcolymi* grandiora & craſſiora nullis tùm ſpinis horrida, quibus armantur adulta. Cauda minaci corioque Draconis punctato lurido ſurrigitur *Dracunculus*: *Iris perſica* bulboſa primo ſtatim vere duo foliola complicata vix ſemiunciam longa profert è quibus ſenſim dehiſcentibus turgens intus flos à clementiori aura prolectus mu-

crone ferrugineo mox protuberat medius, ternâ colorum varietate arcum cœlestem quodammodo exprimit, in summis foliorum labris repandis maculâ purpurea cum excurrente nervo aureo è tenuissima sindone, conspectiori, odorisque gratissimi præstantia illustres suos natales ac Principatum fastuosè ostentans: *Phaseolis Brasilianis* foliola quasi truncata sunt, perinde ut *geranio moschato*, sed reliquis geraniis, petroselino, chærefolio, &c. integra. Sic capitulum globosum prodit *majorana* & *salvia*, obtusius nonnihil *ocymum*, *lavendula*, *stæchas Arabica*: Althea primo exortu juncum imitatur triangularem, in cujus apice seu mucrone folium profert malvaceum latissimum, & ex isto reliqua omnia Alcea (venetæ itidem) folium primum latum est & rotundum, alterum incisuris nonnullis inæquale, tertium in tria iterū folia profundè incisa excrescit. *Phaseolus* communis infans cordis figuram, *Convolvulus minor Indicus*, campanula Indica seu Verginiana cœlestis coloris flos, at diurnus, (quem Aldinus in horto Farnesiano cum aliis rarioribus pulchrè delineat) & convolvulus non-convolvulus dictus pulmones; Renes cum venis emulgentibus *fagopyron*; *Mirabella* ventriculum cum æsophago æmulan-

tur appositè: Et si quid Signaturæ tribuendum, istis quoque corporis partibus, quas repræsentant, singulariter prodesse haut negârim, quod vel ex istis in majorana, ocymo, stæchade, salvia, lavendula aliisq; cephalicis plenius elucescit: asarum quoque in affectibus aurium singulare est; Quin ad demetendum se cum primo statim ortu falcem porrigit *fœnum Græcum* & pleraque *trifolia*, Pabula omnibus jumentis desideratissima, cochlear vel acetabulum suum pro recenti succo ad embammata colligendo præbet *cochlearia*, orbes & patinas *lupini*, lagenas & pocula ad sedandam sitim rapæ & brassicæ ostendunt

Fessis messoribus æstu.

Plinius. 7. Hist. Nat. 2.

Rerum Natura nusquam magis, quam in minimis tota est.

Sed hîc

Anchora de prora jacitur, stant littore puppes.

DE UNICORNU FOSSILI

Ad Normam & formam Academiæ Naturæ-Curioſorum

SCHEDIASMA


JOHANNIS LAURENT. BAUSCH
Med. Doct. & Phyſic. Suinf.

B. L. S.

OMne bonum ſui eſt communica-tivum: ſic & libellus iſte tot tan-tisque bonis & donis refertus; ſic e-jusdem conditor Vir Ampliſſimus Excellentiſſimus & Experientiſſi-mus DN. JOH. LAURENT. BAUSCH Phyſicus ſuæ Patriæ emeritus, Medi-cusq; celeberrimus, Academiæ Na-turæ-Curioſorum Author & Præ-ſes digniſſimus ac publico bono na-tus & educatus, qui tecum mecum-que, qua eſt humanitate, tantum bo-num gratis communicare voluit huic igitur omnia proſpera precare & nobiſcum DEO Ter Opt. Max pro admirabili iſta rerum varietate gratias age gravidas ac decentes, bel-leque. Vale ſalutatus

ab

Academ. Nat. Curioſorum
Argonauta.



De
Unicornu fossili
Schediasma
JOH. LAURENT.
Bauschii M. D.

VAria fossile hoc sortitum est nomina. Vocatur enim *Unicornu minerale seu fossile, Monoceros vulgi, Unicornu Alberti Magni*: quia Agyrtæ illud ignaris hominibus, pro vero cornu Monocerotis, animalis quadrupedis vendunt. Nomen.

Ebur fossile plærunque vocatur, quia verum & nativum ebur æmulatur. Hinc quibusdam est *dens Elephanti petrificatus*. (Bartoiin. de Unicornu c. 9. pag. 40.) aliis *Ebur sub terrâ vetustate temporis calcinatum*; l' Avorio calcinato per vecchiezza: Tesoro delle gioie. c. 54. pag. 172.

Spodium fossile eandem ob causam appellatur, quia non solum quoad formam spodio simile, sed etiam spodii (ex ebore nimi-

nimirum seu eboris usti) modo linguæ ad-
hæret.

Cornu fossile, Ceratites, Osteites; quia colo-
re, lævore & formâ quandoque cornu ve
os refert: hinc quibusdam etiam est *E-
νοστος*.

Lithomarga alba quorundam.

Lapis Arabicus Dioscoridis Cæsalpino, de
metallicis l. 2. c. 40. qui vulgo *ossa Liocor-
ni seu Alicorni*, id est, unicornu, vocari scri-
bit. Germanice posset reddi **Gegrabe**
Einhorn / Mineralisch Einhorn.

Materia & modus generationis. Materiam proximam generationis hu-
jus mineralis plærique statuunt esse argil-
lam, bolum vel margam medicinalem, au
horum quendam succum lapidescentem
quasi, vel lapidifacientem, qui in terra
solidæ speciem rediens, concepto motu a-
liquo incrementum capit, & seu regular
vi naturæ, seu obiter, & ex loci aut matri-
cis vi proficit in speciem cornu, (hinc *ebur
fossile corniforme* appellatur) ossis, dentis
&c. vel etiam informis, ut margæ vel gle-
bæ tantum &c. manet formâ.

Si verò lacteus humor ex margâ in li-
gnum vetustate arefactum incidat, illius-
que poris sese insinuet, illud transmutat,
ejusque partes sibi assimilat, ita ut ali-
quando species ligni (quod de fraxino re-
fert

ert B. â Boodt de lap. & gemm. l. 2. c. 42.) nosci, imô interdum odor deprehendi posſit, quod exemplo trunci juglandis transmutati demonſtrat Boodt. l. c. Apud me eſt particula unicornu foſſilis exteriori cortice lignum oſtendens.

Quod ligno contingit, id etiam cornubus cervinis, dentique elephanti (quamvis difficilius; quod nullos tales habeant meatus, per quos ſuccus iſte imbibi posſit) iisque quadrupedum partibus, ſi in hujusmodi loca decidant, contingere poteſt. Ut plurimum verò ſponte naturæ ita oritur. Plurima enim mira in terræ visceribus generantur & efformantur, quorum causa conformationis reddi nequit, fatente etiam C. Bartholino l. c. pag. 43.

Exemplo ſint, quæ in Muſeo meo ſaltem asſervantur, pisces in lapidibus fisſilibus nigris Islebianis; ſylvulæ & ericeta in marmore ſubcinereo Eiſtettenſe; formicæ, culices, &c. in ſuccino; cornua item Ammonis, gloſſopetræ, Strombites, myites, cochlites, Ctenites, (qui quatuor lapides poſteriores etiam in locis procul à mari disſitis reperiuntur, ut non putes omnes ex transmutatione tales eſſe) ollæ ſubterraneæ & foſſiles, (ſi modò hæ non ſint urnæ funerales antiquorum) lapis

Serpen-

Serpentis in spiram revoluti effigie, & innumera alia.

Joh. Joach. Becher unicornu fossile ex aquâ coagulatâ sulphureá generari scribit, Metallurgiæ part. 1. pag. 5.

Vulgus, & quidam, qui supra vulgus sapere volunt, *cornua monocerotum* esse putant, diluvio universali submersa, diu terrâ obtecta, carnibus & mollioribus partibus animantium vetustate consumptis. Th. Jordan. phænom. pest. tr. 3. c. 9. p. 59.

Incolæ sylvæ Hercyniæ fabulantur, in diluvio montes ipsos una cum unicornibus & aliis grandioribus animalibus ibidem esse conglomeratos & induratos. Fr. Joël Pract. T. 5. sect. 3. pag. 139.

Cæterum falsitas hujus opinionis manifesta est. Præterquam enim, quod adhuc maximè dubitatur de animali illo quadrupede Monocerote, & vix reperiatur, qui teste veritate, totâ orbis superficie ad amussim jam cognita, se vidisse affirmare ausit. Th. Jordan. l. c. nihil tamen creatorum funditus intereat, & natura, asserente Aristotele, in speciebus non deficiat, & ea quæ monstrantur, cornua sint ex cetis illis marinis borealibus (uti testatur C. Bartholin. l. c. c. 2. p. 7. & seqq. Olaus Worm. in Museo l. 3. c. 13.

f. 280

280. & c.14.f.282. & seqq.)vel dentes ce-
illius Islandici Nahwahl dicti, adeò ex-
ctè in circuitu torti, ut humano ingenio
elius fieri non posset, (de quibus Schö-
eveld. Ichthyol. pag. 28. ex Hartenii
hron. Bremensi & Atlantis novi *Blaeu*
art. 1. in Islandiâ) quos in aquis diluvii
ffocatos fuisse, nemo facilè dixerit, cum
scium domicilium non sit terra, sed a-
ua: cuncta autem, in quibus fuit spira-
lum vitæ in terrâ, mortua sint, Genes. 7.
22. 23. non respondet 1. figura: & rarò
magnitudo, de quibus jam jam dicetur.
etiam color, qui in vero unicornu di-
tur exterius esse niger vel instar cervini
scus; 4. lapides hi vel fossile hoc repe-
ur non tantum figura cornu, sed & alia-
m partium, imò aliorum animalium, ut
aliarum rerum, de quibus itidem postea
cendum; 5. unde major monocerotum
omersorum copia, in Germaniâ præci-
è, dein & Italia, quam alibi, ubi non re-
riuntur?

Quidam putant, esse *dentes Elephantinos*,
l ossa ex elephantis, iisque vel in dilu-
o terrâ obtectis: vel illis ab Hannibale,
erente Cæsalpino l. c. in Italiam ductis,
quibus videndus Livius.

Hoc

Hoc quamvis facilius concedi posset obstat tamen, quo minus ex elephantis sint, itidem 1. figura, 2. magnitudo, & quod 3. fossile hoc aliâ etiam formâ, quam dentium elephanti inveniatur. 4. Unde ille elephantorum numerus in Hercyniâ, Moraviâ, Silesiâ, Thuringiâ, Misniâ, Saxoniâ, Hassiâ, Sueviâ, Helvetiâ, Franconiâ, &c, ubi copiosè eruitur cornu hoc fossile? cum tamen in Europâ nostrâ, præcipuè in locis enumeratis, tam rari sint elephanti, uti ille etiam, qui Venetiis à me conspiciebatur Anno 1629. pro miraculo quasi habitus, & tertius fuerit, quem spatio centum annorum Italia viderit; quod etiam innuit Baldus in propugn. 3. Opobalsami Orient. pag. 168. Si autem est minerale hoc ex elephantis Hannibalicis, quomodo illi ex Italiâ in prædicta loca pervenerunt?

Et cur non etiam supra vel extra terram potuerunt dispergi cornua & dentes beluarum in diluvio extinctarum, ubi tamen non inveniuntur, sed solummodò intra terram, & in intimis terræ recessibus? quomodo Hannibalici supra terram demortui vel interfecti, in terræ intima penetrarunt, unde jam effodiuntur?

Quo-

Quomodo, quæro, in intima terræ per-
venerunt tàm dentes elephanti, quàm
cornua monocerotis, animalibus licet in
diluvio extinctis? Dicis, per violentam
aquarum inundationem terrâ obruta fu-
isse, & tum demum montes esse cœpisse. Sed
in generatione hac montium piè deliran-
tes, ut loquitur Scaliger exerc. 43. con-
tradicunt Scripturæ, quæ dicit: opertique
sunt omnes montes excelsi: quindecim
cubitis altior fuit aqua super montes, quos
operuerat. Genes. 7. v. 19. 20. fuerunt igi-
tur etiam ante diluvium montes, nec vi
aquarum demum emerserunt.

Verùm à genuino monocerotis cornu, vel etiam boreali hoc nostrum fossile unicornu facilè discerni potest. Nam verum unicornu (aut quod pro eo venditatur) durum & Solidum est, ut vix radi, multò minus teri possit: nec lingvæ admotum adhærescit. Hic verò lapis durus non est, quasi calcinatus, facilè frangitur teriturque, & lingvæ admotus adhærescit instar terræ sigillatæ aut margæ alicujus. Sennert. Physic. l. 5. c. 4. *Differentia inter minerale & animale unicornu.*

Dicis, unicornu fossile ideo adhærere linguæ & facilè teri, quod sub terrâ diuturnitate temporis calcinatum, (ut de eodem scribit Autor tractatus Italici, Te-

ſoro delle gioie l. ſupra c.) aut alias alte-rationes & mutationes paſſum fuerit, ut alii ſentiunt: cum & ebur, cornu cerv & ſimilia uſta & calcinata linguæ etiam adhærent, quod non uſta minimè faciunt

Verùm & marga & bolus & terra ſigil-lata linguæ adhærent, facileque teruntur quæ tamen nihil tale paſſa ſunt.

Quomodo etiam calcinatio, ſive extra ſive intra terram, (niſi res calcinanda vel in Veſuvium, vel Ætnam, vel Hekl projeceris) absque igne fieri poteſt?

Præterea quamvis & illud verum eſſet obſtaret tamen nihilominus, ut jam ante dictum, figura & magnitudo.

Figura: Cum enim verum unicorn rectisſimum ſit & ſtrias cochleatim aſcen-dentes habeat; fosſile hoc utplurimun curvatum eſt, & ſtriis illis cochleatis ca ret: Cornu unicornu, vel potius dens u nicornu marini, magnâ ex parte cavu eſt (inſtar dentium aprorum, hippopota mi &c.) Ol. Worm. in Muſeo l. 3. c. 1 fol. 285. ita & ebur: minerale hoc nu lam planè cavitatem habet.

Magnitudo, tàm quoad longitudinem quam crasſitudinem: Cum enim verum unicornu, aut quod pro tali habetur, b reale illud ultra 6. 7. vel ad ſummum

pede

edes longum non sit, & crassitudo ad ba-
n ovi gallinacei majoris magnitudinem
on excedat; quod in omnibus, quæ au-
ores descripserunt, aut possessores mon-
rarunt, ut Sanct. Dionysiaco, Argento-
tensi, Veneto, Dresdensi, aliis, de qui-
us C. Bartolin. l. 2. c. 2. & 4. & quæ his an-
umerantur L. Catelani, ab ipso tract.
: Unicornu c. 2. pag. 35. descripto: M.
. Besleri in Gazophylac. rer. natural.
epicto, cernere est: Nec animalis qua-
upedis unicornis Africani, in deserto
ano, Torè binà vocati, cornu tres Spi-
amas longitudine superet, si vera sunt,
ıæ retulit Franciscus Marquis Regis
ongensis Legatus, Hafniæ in Daniâ, re-
rentibus Thoma Bartholino cent. 2. hi-
or. anat. rar. 61. Olao Worm. in Museo
3. c. 14. fol. 287. Fossile verò longitu-
ne & crassitie nativum seu animale ex-
dit, adeò ut non ovo gallinaceo, sed et-
n Struthiocamelino ovo crassius sit:
od inter alia in illo, quod Albertus Ma-
us ipse suis manibus mensus est, & ex
, quod Suinfurti Anno 1649. effossum
it, videre est.

Nec igitur quem ligni etiam forma fal-
e debet. Ligna enim, vel lapides po-
s, ligni formam habentes, è tam pro-

fundis terræ & lapidicinarum recessib eruti fuerunt, uti apud P. Albinum Chro Misn. metall. tit. 22. fol. 171. 172. & tit. 1 fol. 104. videre est, ut impossibile fuer vi diluvii (ligna enim in aquis supert tant) vel alio modo ligna ea in loca d trudi vel deferri potuisse.

Naturam autem lapides arborum sin les procreare, confirmat Agric. de n fossil. l. 7. c. 22.

Quales inter alios sunt *Stelechites* & *D ites* Plinii, de quibus Agric. de nat. fo l. 5. c. 16. Gesner. de fig. lapid. pag. 125 131. *Trabes item Hildesheimiæ* & *ebenum fos* de quibus Agric. de nat. fos. l. 7. c. 22.

Quod de lignis in profunditate te inventis dictum, idem etiam de cornu & dentibus intelligendum, ut post patel Hinc patet, quam absurdum sit, â for hujus mineralis velle argumentari. Ex enim argumentatione sequeretur, iis locis, ubi reperiuntur cornua Ammo olim submersos fuisse arietum greg cum tamen cornua illa lapides sint sui neris.

Supra dixi, in lapidibus inveniri sces, &c. si velles dicere, pleraque ex ibidem recitatis, olim etiam animali va vel eorum partes fuisse: Sequer

ıc absurdum, asteriam, astroitem, me-
selenum, trochitem, hysteralithum, &c.
iam id, cujus figuram repræsentant,
isse.

Interdum autem, sed rarissimè, ex veris
rnubus lapidifactis, vel ligno transmu-
to, hoc fossile esse posse, supra conces-
nus.

A. Libavius generationem hujus mine-
lis à bitumine deducit, part. 3. singular.
8. c. 17. qui ibi videatur.

Est autem color eboris fossilis interior *Color unicornu fossilis.*
erunque albus, quandoque nigris ma-
lis & punctis pictus.

Cortex exterior interdum flavescit,
terdum cinereus, albus, vel subniger
t, interdum subviridis.

Odor ei quandoque gratissimus, non *Odor.*
cus, ac si quis Lac cum amygdalis mi-
uisset; quandoque pomum cydonium
et; quandoque lignum, è quo transmu-
tum fuit.

Saporis expers est, instar cretæ *Sapor.*

Exterius ut plurimum durum, intrin- *Consistentia.*
cus plerunque molle, præsertim ab ini-
o: tractu enim temporis indurescit.

In crustas, laminulas & fragmenta faci-
finditur & dividitur.

Aquæ injectum bullas emittit, instar os- *Ebullitio in aqua.*
sium

ſium aut cornuum uſtorum, ut cornu ce
vi, ſpodii ex ebore, &c. verum non reſo
vitur aut liqueſcit, ſicuti terra ſigilla
facit.

Linguæ adhæret inſtar margæ, boli, te
ræ ſigillatæ, aut cornu cervi, vel comm
ni modo uſti, vel Philoſophicè calcina

Facies ſeu forma illi diversa, & vel i
certa & informis; vel certa, ut cornuum
dentium, tibiarum, maxillarum, ligno
rum, &c. ſæpius oſſi combuſto ſimile.

Quod cornua, oſſa, &c. attinet, magn
tudine variat.

Alb. Magn. ſcribit, ſe vidiſſe & ſuis m
nibus menſum eſſe unicornu, (ita nom
nat cornu hoc foſſile cum vulgo) cuj
baſis in diametro ſesquipalmum habueri
longitudo fuerit decem pedum.

Extat humeri caput aut coxendici
magnitudine, quam utraque ulna ampl
cti vix poſſit. Cæsalp. l. c.

Unicornu Hercynium, meo quidem j
dicio, eſt ſpecies mineræ, quæ ante pa
cos annos è montibus Sudetorum in He
cyniâ ſylvâ effodi cœpit, ſimilis oſſib
grandium animalium. Fr. Joël Prać
T. 5. l. c.

Fodiuntur hodiè propè oppidum S. Jo
annis in valle Arni oſſa lapidea ingent
ſtaturæ. Cæſalp. l. c.

I

In specu subterraneo Hercyniæ, de quo infra, ossa & dentes, tam hominum, quàm brutorum, insolitæ magnitudinis effodiuntur. Gesner. de fig. lap. p. 155. & 157.

Habeo equidem ossa saxea ingentia, balænarum ossibus maximis æqua, è terrâ eruta, dum puteus fieret, inquit Gorop. Becan. Niloscop. l. 3. f. 242.

In agro Luneburgensi ossa beluarum, atque etiam dentes piscium in lapides versa inveniuntur. Agric. nat. foss. l. 7. c. 22. per dentes piscium intelligit Glossopetras, de quibus Idem nat. foss. l. 6. c. 26.

Juxta sylvam Semanam ad radicem arcis Brunsuicensis Scharzfeld vidi (inquit Joh. Dan. Horstius obs. anatom. dec. pag. 10.) erui ossa, dentes, mandibulas varias ursorum, leonum, hominum & aliorum animantiũ æmulas. Varia talia fossilia possideo in Museo meo, & inter alia cranium suturis apprimè distinctum. Sennertus allegat similia Eilingrodæ inveniri. Est Cl. Dn. Conerdingio spina dorsi in Saxo reperta, affabrè vertebris & spinosis processibus instructa, admiratione longè dignissima.

Similis censûs forsan fuit sceleton illud giganteum, quod Sueci Anno 1645. in Austriæ inferioris oppido Crems inter fo-

diendum invenerunt, cujus caput æquaba[t] mensam rotundam mediocrem, dens u-nus ponderabat libras quinque cùm di-midiâ, alius minor uncias septem cum dimidiâ: brachia crassitudine viri erant cavitas in osse scapulæ tantæ capacitatis ut globum tormenti bellici majoris, eine Carthaunen Kugel/exciperet: uti re-fert Theatr. Europæum Meriani part. 5 fol. 574.

Dens molaris, quem in littore mari propè Uticam (hodiè Bisertam vocant) invenit Augustin. de civit. Dei l. 15. c. 9 quod allegat etiam J. Herold. l. de præsti-giis & ostentis mundi, etiam inusitata magnitudinis erat, ut concisus & dissectus ætatis suæ hominum dentes centum effi-cere posset.

Ludov. Vives in August. de civ. Dei, D Christophori dentem molarem pugn[o] majorem describit.

Dens maximus erat in Helvetiâ, & ho quadruplo major in Poloniâ inventus, d quibus Gesner. de fig. lap. pag. 157. & hi stor. animal. l. 4. fol. m. 420.

Dens, quem habeo, inquit Gesn. hist anim. l. c. quamvis circa radicem non in teger, duas uncias appendit, cum human dentes plerique omnes, etiam majusculi dra

drachmam, id eſt, octavam unciæ partem, ſinguli non excedant: unde conjiciendum eſſet, quemadmodum dens ille communem ſedecies excedit; ita hominem quoque illum, ſi homo fuit, toties aliorum hominum corpora exceſſiſſe. Quâ ferè proportione Antæi gigantis corpus (illius enim eſſe putabatur, quod in Tinge, Mauritaniæ urbe in ſepulchro repertum eſt) noſtra ſuperavit, utpote ſexaginta cubitos longum, qui exceſſus ad quatuor quindecuplus eſt.

Dentes duo cujusdam gigantis tantæ magnitudinis erant, ut ducenti dentes, quos nunc habent homines, ex his ſecari poſſent. Camden. Britanniæ pag. 351.

Tam verò vaſta, craſſa, & magna ſunt hæc, quæ dixi, cornua, oſſa, dentes, &c. ut incredibile ſit, tale animal unquam fuiſſe. Geſner. de fig. lap. pag. 157. Boodt. l. c. c. 141. C. Bartholin. de unicornu pag. 42, & 46.

Si enim, quod bruta ſpectat, ex proportione Geometricâ conſideremus magnitudinem capitis, tam vaſtum cornu geſtantis, atque inde de toto corpore conjecturam faciamus, fuerit animal neceſſe eſt tantæ magnitudinis, quanta eſt magna quædam navis oneraria, ut rectè judicat C. Bartol. l. 2. p. 42.

Eadem proportio si adhiberetur in dimetiendâ hominis magnitudine, à quantitate dentium computando, exsurgerent inde non gigantei homines, non Enakim vel Goliathi (quos diversis temporibus vixisse, ex Numer. c. 13. v. 29. 33. 34. Deut. c. 1. v. 28. c. 2. v. 20. 21. & 1. Reg. 17. v. 4. seqq. nemo inficiabitur: Sicuti Regis Basani Og lectus, de quo Deut. 3. v. 11. in longitudine tantùm cubitos habebat 9. in latitudine 4. qui tamen inter gigantes minimè, sed inusitatæ magnitudinis homines referendus, cum verosimile sit, lectum capaciorem fuisse ipso Rege: Thom. Bartholin. cent. 1. obs. anat. rar. 98.) sed monstra gigantum, & instar montium homines, quales in rerum naturâ fuisse, nemo facilè asseverabit.

Verùm ut de dente Christophori maximè dubitandum; ita quamplurimos dentes molares giganteos se vidisse, sed partim equinos, partim bubulos, partim arte effictos, scribit Thom. Bartholin. l. jam citato. Vide etiam Ol. Worm. Musei l. 3. c. 26. fol. 343.

Dentes fossiles inveniri alicubi, sive ex cadaveribus animalium quorundam; (dentes in lapidem versos, qualem Aldrovandus Bononiæ servat) sive spontè natu-

naturæ ortos, (lapides odontoides, i. e. dentiformes) ſcribit Geſn. de fig. lap. p. 156. 157.

Oſſa autem illa enormia gigantum fuiſſe, vana hominum ingenia crediderunt. Gorop. Becan. Beccefalane Niloſcopio f. 242.

Hinc non credit idem Gorop. Gigantomachiæ f. 223. & ſeqq. cadavera alicubi vel terræ motu, vel maris fluminumque impetu detecta, humana vel gigantum (loquitur autem de corporibus Orionis vel Oëti, Antæi, Erycis, Pallantis, Ajacis, Aſterii, Hylli, aliorum) fuiſſe; ſed marinæ belluæ oſſa, aut dæmonis arte confiсta, qui ejuscemodi ludibriis credulos homunculos dementat, & â veritate ad falſas de rebus omnibus opiniones deducit.

Et paulò poſt, fol. 223. & 225. Quæ omnia ſic dicuntur, ut non modò non videantur vera; ſed ne veriſimilitudinem quidẽ cuſtodiant, cum nec Andoverpiæ, (ubi elephanti oſſa pro humanis in curiâ ſpectantur) nec usquam gentium hæc hominum portentoſa corpora extiterint.

Oſſa autem è terrâ naſci, invenirique lapides oſſeos, ex Theophraſto teſtatur Plin. l. 36. c. 18.

Quod

Quod igitur Gorop. de glossopetra & lapide Buglosso scribit, id ipsum de nostro unicornu dici potest. Ita autem ille: Cujus, rogo, marinæ belluæ, & quod os *hunc* in lapidé transiisse dicemus, si omnia id genus ad animalium partes sint revocanda? Ego certè nullam invenio, nec fuisse quidem opinor, non magis quam animal aliquod fuisse, cujus vel lingua vel dens glossopetra dicatur. Nam quamvis his locis â mari non longo intervallo dissitis, suspicari quisquam posset Carchariæ dentes esse; non tamen idem sibi persuaderet in colle illo, qui Aquisgrani imminet, tantum id genus piscium fuisse, quantum fuisse de glossopetrarum copiâ conjectari deberet. Generantur hæc in terrâ perinde, atque alii infiniti generis lapides, nihil cum vivis animantibus habentia commune. Niloscopii fol. 240.

Est igitur & unicornu nostrum, cujuscunque etiam formæ sit, fossile sui generis in terræ utero generatum.

Loci natales unicornu fossilis. Quamvis verò Garc. ab Horto l. 1. c. 14. miretur, â quo Andr. Lacuna l. 2. c. 50. comm. in Diosc. edoctus, fossile & minerale ebur inveniri scripserit, quandoquidem nihil â veritate magis alienum sit: & Zacut. Lusit. l. 1. med. princ. hist. 24. id-

idipſum ferè neget: tamen (præterquam quod Plin. l. 36. c. 18. ex Theophraſto ebur foſſile inveniri tradat: & C. Cluſius in notis ad Garciæ l. c. illud & viderit & habuerit) multis in locis jam effoditur.

In Hercyniâ propè Elbingerodam, ſub Ditione Comitum Stolbergenſium, in ſpecu ſubterraneo, quem Baumanshöl vocant: ubi fragmenta illorum cornuum ſimplicioribus pro Monocerotis fragmentis vendita fuerunt. M. Neander Phyſic. part. 1. pag. 128. Geſner. de fig. lap. p. 155. Boodt l. c. 242. Fr. Joël. pract. T. 5. ſect. 3. pag. 139.

In Saxoniâ Hildeshemii: Boodt l. c.

In Thuringiâ: Libav. l. c. Sennert. l. c.

In Misniâ: G. Fabric. annal. urbis Miſnæ l. 3. ad annum 1566. P. Albin. l. c. tit. 22.

In Haſſiâ: J. Schröder. pharmacop. Medico-Chym. auctâ l. 3. c. 4.

In Palatinatu propè Heidelbergam. Boodt l. c.

Non procul Spirâ: Geſner. l. c. pag. 154. 155.

In Sueviâ propè Heilbrunnam: Eiſenmenger tract. Germ. de febr. malign. pag. 36. Taxa pharmac. Heilbrunn. pag. 41. Tale absque dubio fuit, quod circa

ann.

ann. 1494. Halæ Suevicæ, cùm sub novâ curiâ foderetur, repertum est, longum, sine ramis, Cruſ. annal. Suev. l. 9. partis 3. c. 5.

In Helvetiâ. Bartolin. l. c. pag. 46.

In Bohemiâ: Sennert. l. c.

In Moraviâ: Boodt. l. c.

In Silesiâ: Sennert. l. c. Boodt l. c. Sachsius Gammarol. p. 159.

In Franconiâ: Anno 1571. 23. Aug. hîc Suinfurti, in loco, qui vocatur die Fahrt/ effossum fuit unicornu minerale (dentem elephanti illo tempore vocabant) novem pedes longum.

Anno 1595. propè pagum Carlsbach (vulgò Karsbach) non procul ab Hammelburgo, talis marga eruta, pro unicornu distracta, & Episcopo Wirceburgensi Julio vendita fuit.

Anno 1648. tale unicornu è fossâ ad propugnaculum exstruendum ad latus dextrum portæ superioris Suinfurtensis â militibus Suecis inter rupes & commissuras Saxorum latens, effossum fuit, quod maximam partem spongiosum, pumicosum & quasi exesum erat, instar ossis vel cornu calcinati seu combusti.

Anno 1649. 7. Decembr. ibidem Suinfurti è fossâ propugnaculi ad latus sinistrum

ſtrum portæ ſuperioris, è mediâ arenâ rubeâ, effoſsa fuit vena curva eboris foſſilis, cujus longitudo erat 13. vel 14. pedum mechanicorum, craſſitudo in unâ extremitate (quam caput monocerotis fuiſſe imperiti dicebant) caput humanum magnum ſuperabat; in alterâ extremitate ſeu cuſpide brachium æquabat: Primò molliuſculum erat, poſtea indureſcebat: Solidum & compactum, non exeſum aut pumicoſum inſtar oſſium calcinatorum, in cruſtas tamen facillimè diviſibile erat.

Ante paucos annos, cum Generalis Hatzfeldii molendinū ad radices montis Greinberg propè Wirceburgum ſitum, à Sueco-Kőnigsmarckianis antea igne devaſtatum, reædificaretur, tale etiam ebur, ſub titulo Unicornu inventum fuit.

Ita Anno 1649. dum propè pagum Sand, è regione oppidi Zeil, tribus milliaribus â Suinfurto diſtantis, Moenus fluvius alveum egrederetur, terram eluendo & removendo, detegit venam hujusmodi eboris foſſilis, quod ruſtici in magnâ copiâ venale Suinfurtum detulerunt. Cortex illius albus lineis vel ſtriis, ſecundum longitudinem excurrentibus, inſtar dentis elephanti ſulcatus, & aliquibus in locis maculis nigris pictus erat. Adeò ut ſi

quis

quis est *lapis Arabicus*, hoc unicornu est. Quamvis Matthiol. comm. in Diosc. l. 5. c. 106. hactenus nullum viderit, nec repererit lapidem, qui eburneam ipsi ostenderit faciem, & non credat, Arabicum lapidem hoc tempore convehi in Italiam.

Ejusmodi Anno 1631. ibidem inventum fuisse, viri fide digni mihi retulerunt.

Anno 55 m. Jun. Schrautenbachii propè Arnstein dens ex agro erutus ℥ij pondere, & particulæ costarum mediocrium extrinsecus levissimo cortice tectæ, porosæ intus & humanas exactè repræsentantes. D. Joh. Mich. Fehr αὐτόπτης.

Anno 1657. in fine Julii piscatores Bambergenses Suinfurtum venum deferebant frustum eboris fossilis, ferè duas ulnas longum, coloris cineritii, incurvum, brachii crassitie, extrinsecus durum, corticem arboris figurâ referens, intrinsecus mollius, fragile. Invenerant in Mœno, propè pagos dictos Sand, (est enim in utrâque Mœni ripâ pagus hujus nominis) extra aquam paululum eminens, & â reliquâ parte, forsan terræ infixâ, abruptum.

Paulò antè aliud unicornu fossile propè pagum Dörffles, dimidio miliari infra Bambergam situm, repertum fuerat, quod Episcopus Bambergensis sibi vendicabat.

Anno

Anno 1658. M. Majo, in pago vicino BergReinfeld/dum rusticus in agro lutum, ad lutandos parietes, effoderet, tale cornu invenit.

Anno 1660. quidam rusticus propè oppidum Geruzhofen/ in fodinâ lutariâ, unicornu, ut ipse putabat, invenit, intus candidissimi, extra crocei coloris.

Proh quot & quanta monocerotum cornua, & elephantum dentes in Franconiâ solum!

In Italia invenitur fossile hoc propè oppidum S. Joannis in valle Arni. Cæsalp. l. c.

In Apuliâ: Fallop. de metall. c. ult.

Circa Romam: Bartholin. l. c. pag. 45.

Vires huic fossili, ex præconceptâ opinione, quod sit unicornu, plebecula attribuit stupendas, præsertim contra venena. *Vires.*

Hinc etiam, quoad precium, auro, vel ad minimum argento, æquale æstimatur, aut aliàs multi valoris.

Verùm quamvis ipsissimum esset tam decantatum unicornu, haudquaquam tamen ullas ob id adversus venena haberet facultates, uti ex clarissimis Medicorum A. Baccio, F. Ferdinandio. L. Jouberto, A. Ludovico. H. Mercuriali, A. Paræo, B. Boodt, A. Marino, deducit C. Bartholin. l. c. c. 6.

Ut non immeritò Fr. de Verulamio, in hiftor. vitæ & mortis, pag. 191. cornu monocerotis de exiftimatione fuâ decidiffe; ita tamen, ut gradum fervet cum cornu cervi, & ofle de corde cervi, & ebore, & fimilibus, afferat: (Ubi tamen adhuc plus illi Verulamius largiri videtur quam præcitati Autores) & Th. Jordan de phænom. peft. tr. 3. c. 9. pag. 594. & 595. ex Rondeletio fcribat, cornu monocerotis vim, neque majorem, neque certiorem efle eâ, quæ eft eboris aut cornu cervi: Joach. Camerar. in Synopfi Commentarior. de pefte pag. 93. cornu cervi unicornu præferat: Guil. Fabric. huic monoceroti cornu cervi haud multum cedere contra venena affirmet, tr. de gangræna. & fphac. c. 9. & apices cornu cervi, tempeftivè capti, unicornu refpondeant, in duplo fumpti; Fr. Joël pract. T. 5. Sect. 3. pag. 139.

Viribus igitur hoc noftrum fosfile iisdem, quibus terra aliqua figillata, vel Silefiaca, vel Melitenfis, vel Hasfiaca, aut bolus aliquis medicinalis, imò quantum ad vim alexipharmacam, majoribus, quam verum dictum unicornu, præditum efle omninò credendum eft.

Quia verò nemo melius & prolixius

Boë

oëtio â Boodt l. c. c. 243. vires ejus de-
ripsit, lubuit ipsius uti verbis:
Cornua ista fossilia non omnia habent
ndem facultatem, aut æquè validam: ut
im formâ, origine & substantiâ inter se
fferunt; ita etiam qualitatibus & facul-
te. Quæcunque lapidum instar dura
nt, inodora, neque medullam habent,
x aliâ, quam exsiccante vi pollent. Quæ
rò facilè in pulverem rediguntur, lin-
æ adhærent molliaque sunt, maximas
bent vires. Imprimis enim exsiccant,
stringunt, ulcera ad cicatrices perdu-
nt, absque morsu, alvi profluvia, go-
rrhœam, alborumque menstruorum
luvium, sangvinem è naribus, hæmor-
oidibus, vulneribus, aut è thorace erum-
ntem, sistunt. Oculorum etiam la-
ymas effluere non sinunt, si cum lacte
pollinem tenuissimum redacta oculis
tillentur.
Quod si præterea his medullis odor
tus accedat, cordi imprimis gratæ
t, idque roborant & confirmant, boli
nenæ aut terræ Lemniæ instar, ut non
lè ab affecto aëre aut â veneno assumto
primi possit. Quinetiam si substantia
dullæ ante transmutationem fuerit â
vo, elephanto, fraxino, nuce arbore,

aut ab aliâ re, quæ venenis adversatur, m
[illegible]imam ad expellenda & superanda ven
na habebit energiam, eoque majorem,
odor ipsius arboris vel prioris substant
adhuc deprehendi possit. Tum enim ce
tum est, qualitates adhuc in transmuta
corpore aliquas remansisse, ac vires, q
in subtiliori materiâ hærent, nondum p
riisse, Sed accedente novâ & subterran
materiâ auctas esse. Ad venena itaq; omn
febresq; pestilentes, & pestem ipsam al
gendam hujusmodi cornu præstantissim
est antidotus, si cum aquâ aliquâ appr
priatâ, aut vino oligophoro absente vel
mente febri, ægro propinetur drachma
na, aut scrupula quatuor, isque sump
pharmaco adsudandũ componat. Sudo
bus enim venenum omne, etiamsi ad ver
habitumque corporis deductum sit, ta
lè expelletur, & cor, ne ejus noxam sus
piat, munietur. Quod certè plurimis
emplis expertus ipse sum, & ab aliis, q
bus particulam fossilis cornu (quod pr
fraxini lignum fuisse notavi) dono de
expertum audivi. Puer quidam, deg
titâ plumbeâ pilâ, quæ multos ante
nos, sub aranearum telis latuerat, exte
plô ventre ita intumuerat, ut crepatu
periculum adstantibus videretur ade

lic exhibito ſcrupulo medullæ omnibus dmirantibus ſtatim convaluit. Alia ıulier intoxicata ventreque utris modò ıflato, ut morti proxima videretur, ſu-ito hauſto pulvere, præter omnium ex-ectationem convaluit.

Facit ad *epilepſiam, ſyncopen, cardiacam eſſionem, cordis tremorem*, aliosque cordis ffectus, ſi cum aquâ appropriatâ ſcrupuli ondere ægro afferatur.

Sudores egregiè movet, ob id febribus ıalignis & peſtilentibus conducit, ac ve-enum omne foras ad cutim pellit. Ha-tenus B. â Boodt.

Unicornu Hercynii vires *in expellendo udore* tantæ ſunt, & *venenis extinguendis*, ut xperientiâ propriâ didici, ut ullius alte-ius rei. Fr. Joël. Pract. T. 5. l. c. Hinc ele-tuario ſuo de Scordio admiſcet: l. c. ag. 141.

Terra ex Apuliâ eſt bona *contra venenum* allop. de metall. c. ult.

Utuntur eâ etiam ad *adventriculi laxita-em corrigendam, jecori robur conciliandum, ermes ſeu lumbricos necandos.*

Externè ad *intertriginem, ambuſta.*

P. Poter. pharmacop. ſpagyr. l. 2. c. 26. & c. .. ab Equite Casſiano del pozzo accepit erram ex dicto ebore confectam, Lem-

 niæ

niæ persimilem, *venenatis morbis* valdè efficacem vidit etiam apud eundem Turchesium lapidem ex hoc ebore factum, vere simillimum.

Ego cum apud Illustr. Dn. Campimarscallum Suecicum, Dn. Carolum Gustavum Wrangelium, vidissem globulos albos, instar terræ sigillatæ Turcicæ, contra venena & morbos ipsi â Serenissimo Electore Palatino, qui ex Angliâ acceperat, commendatos, ad eorum imitationem hujusmodi etiam in officinâ nostrâ pharmacevticâ, sub nomine *Globulorum bezoardicorum*, jussi præparare:

℞. Unicornu mineralis,
Terræ sigill. Siles. albæ,
corn. cervi philos. calc. ana ℥iij.
♁ii diaphor. ʒj.

Ex subtilissimè tritis. F. cum mucilagine Tragacanthi albi, cum aquâ scordii vel Scorzoneræ factâ, globuli in formâ terræ sigillatæ Turcicæ. Dosis â ℈j. ad ℈ij.

His non sine fructu in morbis malignis, ut variolis, &c. usus sum.

Quam ob causam volui, ut etiam locum haberet unicornu hoc in *pulvere bezoardico confortante meo*, quem ægris antehac in peste, jam verò in morbis cum malignitate conjunctis, feliciter exhibui, & commode exhibeo. Est

Est autem talis:

℞ Cornu cervi philos. calc. ʒj.
unicornu fossil. ʒß.
♁ij. diaphoret. gr. xij.
bezoard. mineral. simpl. gr. xv.
rad. contrajervæ
lap. bezoar. or. ana gr. xvj.
Magist. perlar. ℈j.
trita inebrientur tincturâ bezoardicâ, & lentè iterum siccentur, addendo
rotul. è confect. alkerm. ℥ß.
optimè mixta serventur pro usu.

Tinctura bezoardica: ℞. mixturæ simpl. ℥iij.
Spir. corn. cervi. ʒij
rad. Scorzon. mund. ʒiß.
tormentill. ℈iiij.
elenii. ʒj
Contrajerv. ʒß.
bacc. herbæ Paris contus. ʒiij.
juniperi conquass. ℈iiij.
cort. citri ℈ij.
M. stent in l. cal. pro extractione tincturæ, quæ filtranda.

De facultatibus hujus eboris fossilis vide porrò etiam Sennertum l. c. C. Bartholin. de Unicornu, pag. 46. & seqq. J. Schröter. Pharmacop. medico-chymic. l. 3. c. 8.

ADDITIO.

Est ergo tùm substantiâ, tùm quoque

 viribus

viribus terræ ſigillatæ cognatum quid foſſile hoc, quod & ſupra indicatum,& experientiâ ſæpius comprobatum : Aſſentitur hisce Excellentisſimus Dn. D. Keyſer Phyſicus Kittingenſiis Emeritus, cui d. 29. Jun. 1650. Fruſtulum noſtri Unicornu miſeram : Gratias habe, inquit, pro communicatione veſtri Unicornu, quod nihil aliud eſt, quam cornu (ebur) foſſile, cujus inſignem copiam hîc è profundâ cella haut ita dudum erutam memini, mulierculæ noſtræ id pro vero & genuino unicornu venditantes de vi ejusdem & effectu admirando in epilepſia puerorum radicitus extirpandâ ab initio plurimum gloriabantur, ſed brevi iterum eviluit, & jam omninò negligitur: Ego verò majoris illud æſtimo, quàm famigeratisſimum illud unicornu animale, de cujus exiſtentia pariter ac decantata vi alexiteria nemo omnium hactenus inventus eſt, qui certi quid ſtatuere auſit: Sed Unicornu illud foſſile c. C.C. eâdem, ſi non majori facultate adverſus venena pollere nullus dubito, unde id in febribus malignis & corde roborando felici cum ſucceſſu poteſt uſurpari, ut & in epilepſiâ, item ad alvi fluxus, vermes & ſangvinis profluvia ex quacunque parte &c. Kittingæ ut ſupra.

ad

ad D. Joh. Mich. Fehr. Succinit Clarisſimus Rappius Archiater Moguntinus: mirari ſatis nequeo opera naturæ in terræ visceribus ſpecioſisſime ludentis, præſertim in producendo Unicornu, quod terræ ſigillatæ ſpeciem eſſe puto &c. Vidi aliquando capream ex ejusmodi materia ſolidè expreſſam, in corpore quidem animalis gypſi inſtar friabiliori, in cornibus autem compactiori. Mogunt. anno 58. Inſignis certè fuit & admirandus Unicornu Suinfurtenſis effectus, quod pasſim milites noſtri præſidiarii & reliqui operarii, quibus inter fodiendum prædæ loco quid oblatum erat, confirmabant, & ideò ab Illuſtrisſima quadam fœminâ in Conventu Noribergico anno 50. magnopere expetitum, egoque id ipſum multoties expertus ſum in variolis, ubi cum metu epilepſiæ, convulſionum, aliorumque gravisſimorũ ſymptomatum inſignis in principio calor, funeſtus in augmento alvi fluxus extrema omnia minarentur, vel alia febris malignæ indicia ſe proderent, aut diuturnâ diarrhœa vomituq; vires nimis labaſcerent, præſentisſimum attulit ægrotantibus auxilium, ab unica ſæpe doſi quibusdam ſtatim erumpebant variolæ, morbilli, petechiæ, & quod recens

 erat,

erat, ſemper efficacius & majoris virtutis, adeo ut in habitu crasſiori epilepticos nonunquam excitaret motus, ſed bis terque exhibitum eosdem ſedat, ſudores movet & Naturæ ſuccumbenti robur afflat, idque cumprimis quod ſubſtantiæ puritate & lacteo candore cum odoris ſuavitate præcellit; Tractu temporis, aufugientibus iſtis, quibus recens prægnans eſt, ſpiritibus mechanicis, multum de præſtantia ſua remittere videtur.

Utendi modus eſt in præparato potisſimum, quamvis non dubitem ex eodem, præſertim recenti, Spiritum elici poſſe ejusdem cum ſpir. terræ ſigillatæ virtutis.

De variâ ejus & admiranda figura nihil habeo dicere, niſi illud Poëtæ:

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Eſtque Dei ſedes, ubi terra, & Pontus, & aër,
Et cœlum, & virtus. Superos quid quærimus ultra?
Juppiter eſt, quodcunque vides, quocunque moveris.

In cœlo nitidisſimarum ſtellarum quaſi quorundam ſloſculorum coruscatio eſt, in terris elegantisſima rariorum florum quaſi ſtellularum radiatio, & quæ animalia in ſicco reperiuntur, eadem & aquis inna-

innatant, terræ penetralibus abſconduntur. Exemplo ſunt præter Eichſtetenſia marmora & lapides Islebienſes Weſtriæ foſſilia, achates, jaſpides, chalcedonii, itemque mormora, in quibus herbidum quandoque ſpectatur ſolum, & filamenta confuſa musci, aut capillamenta humi repentis graminis: & montes bini in Africæ promontorio bonæ ſpeï, quorum alter villoſi leonis, alter menſæ quadratæ effigiem repræſentat, Saar. in itiner. 162. Architectricis ſcilicet Naturæ, licet ἀπαιδεύτου, hoc opus eſt, cujus ductu ſpiritus ille lapidificus pro ſubjectâ materia in matrice terræ hoc illoque modo operatur. Rem ita decernere videtur Seneca: Sunt ſub terra minus nota nobis jura Naturæ, ſed non minus certa, crede infra, quidquid vides ſupra. Nimirum

Continuò has leges æternaque fœdera certis *Virg. Georg.*
Impoſuit Natura locis. —
Hæc mea mens eſt:

Dixit Deus Dictator ſummus, & dictavit Naturæ miniſtræ ſuæ has æternitatis leges, eamque illis addixit, illique poſtea benedixit, Cujus benedictione facta ſunt

cta sunt, & fiunt adhuc omnia: ipse sit Benedictus in secula.

Psalmo 104. v. 34.

Quàm multa & magnifica sunt opera tua, Domine, quæ fecisti sapientissimè omnia! Impleta est terra bonis tuis!



Index Rerum in Scorzonera memorabilium.

A

C Cal-

C.

Cir-

Erica

L.

M.

Mor-

Pneu-


Sene-


V. *Ad*

V.


F I N I S.


Tab. I.


Tab.II.



Tab. III.




Tab. IV.
Scortoncra Dal.
matica Volca meriana.

